

obligationem sequi fidem Collegii, sed principaliter illam obligationem, sine quorum revelatione, se non obligarent; Admittant eorum que habemus de obligatione civium particularium de obligationibus per debitis contractis per Civitates, seu Communitates prohibitas se obligare, vel debita contrahere sine certis solemnitatibus, ut tanquam absolutum supponitur apud Capoblanco de Beron. par. 2. cap. 83. & de Marin. resol. 77. par. 1. & resol. 59. par. 2. ex quibus patet, difficultatem solum in Regno Neapolitano cadere ob dispositionem Regie pragmatice annullantis etiam obligationem privatorum, unde propterea quando contingit causas tractari in foro ecclesiastico, sive in Curia Romana, puta contra ecclesiasticos obligatos heredes, vel bonorum possessores, passim hujusmodi obligationibus executio datur, neglecta dicta pragmatica dispositione, ratione juramenti, cujus leges laicales vim directam tollere non possunt, ut pluries firmavit Rota, ut coram Buratt. decis. 44. n. 4. Add. ad eundem decis. 422. num. 16. ac plene decis. 139. num. 2. r. cum seqq. par. 9. recent. & habetur particulariter actum infra disc. 26. ac etiam sub tit. de credito, ubi pluries, de recepta distinctione, quod tunc nullitas obligationis unius insit in alios non prohibitos, quando istorum obligatio est mere fidejussoria, secus autem ubi fit æque principalis, quinimo magis principalis.

10 Nulla etenim ratio fadere videtur, cur privatorum obligatio subsistere non debeat, præsertim quæsitio non est cum ipso creditore, in quo fraudis, vel collusionis ratio cadere valeat, juxta distinctionem text. in l. si pecunia Cod. ad Vellemann, de qua infra, & sub tit. de credito, sed cum fidejussoribus contententibus tantum de relaxatione à damno quod ita, pro benevolo gratuito officio impensio, contra omnem justitiam, & æquitatis rationem patenter.

11 Eatenus autem oculus Judex relaxavit mandatum contra particulares obligatos, non autem contra ipsum Collegium, ejusque bona, quia ex parte administratorum præcedebatur quod non bene constaret de visione in causam expressam, quodque istud debitum, in toto, vel in parte participaret de natura censuum, de quibus disc. præced. Cumque iidem obligati, tunc essent administratores, ad quorum manus pecunia obveniret, hinc proinde justè consideratum fuit, ut incumbere non deberet hujusmodi de dicta versione inquirere, sed quod relevandi essent à dictis obligationibus, qui agendo contra Collegium pro revelatione, repelli poterant cum dicta exceptione, quæ dictis fidejussoribus obviare non debeat, atque tunc de puncto versione agere congruum esset.

MAGERATEN. CENSUS.
PRO CONVENTU S. FRANCISCI
OPPIDI VICTORIÆ
CUM MONASTERIO MONIALIUM
S. LAURENTII.

Causa disputata coram A. C. & in Signatura, & resoluta pro Monasterio.

De privilegiis, & facultatibus aliquarum Religio-
rum alienandi, non obstante prohibitione cano-
nicum, & Extravag. Ambrosiæ, sine beneplacito
Apostolico; Et quando etiam sine beneplacito
dici valeat bene facta impositio census super
bonis quæsitis de novo, & in eorum causam.

SUMMARIUM.

- 1 *Falsi series.*
- 2 *Impositio census & alienatio prohibita.*
- 3 *Constitutio Urbani VIII. non procedit in alienatione facta in Ecclesiis de versione.*
- 4 *Quomodo creditor non teneatur esse sollicitus, & n. 9.*
- 5 *De indultis concessis Minoribus Sancti Francisci faciendis alienationes, & de dictorum minorum capacitate, vel incapacitate.*
- 6 *De moderate dictorum indultorum.*
- 7 *An introit beneplacitum præsumptum, si constet de alia licentia.*
- 8 *Neque introit dicta præsumptio ubi verum beneplacitum dari non solet.*
- 9 *De eadem conclusione, de qua n. 4.*
- 10 *Quomodo si consulendum necessitati, ut non procedatur ad alienationem.*

- 11 *Quomodo dari solet licentia imponendi casus cum obligatione extinguendi.*
- 12 *De rationibus, ob quas alienatio debeat subsistere.*
- 13 *An alienentur bona obvenia ex aliqua hereditate pro eisdem hereditatis debiti.*
- 14 *Quomodo in hac materia sit procedendum.*

D I S C. X I.

Obyentis ex hereditate, vel legato in Conventum Minorum Conventualium Oppidi S. Victorie quibusdam bonis, cum onere erectionis ejusdem oneris in eorum Ecclesia, pro qua erectione necessaria erat Apostolica auctoritas; Religiosi non habentes promptam pecuniam de super necessariam pro expeditionibus litterarum, cum licentia Ministrum Provincialium imposuerunt censum super eisdem bonis, ut supra obventis, licet pro majori quantitate quam dicta impensa exigeret ad favorem Monasterii Monialium; Cumque pro longissimo tempore annorum 30. & ultra, fructus pacifice soluti essent, præterdum cepit dictus Conventus ulterius ad eos non teneri ob invaliditatem impositionis, tam ex defectu beneplaciti Apostolici, quam defectu causæ, dum dicta impensa erat longè minor, que commode cum fructibus, cum aliqua mora fieri poterat, absque necessitate faciendi dictam alienationem; Quare introducta causa coram A. C. contra Conventum judicatum fuit, relaxando contra eum mandatum pro fructibus decursis, habitoque recurru ad Signaturam Justitiæ, rescriptum fuit de appellatione citum suspensiva, sed reposita causa, credo quod, recedendo à resolutis, rescriptum sit cum clausula sine præjudicio, unde Conventus, vel acquievit, vel se concordavit, dum amplius de causa actum non audivi.

In disputationibus autem in utroque Tribunali habitis præsupposita necessitate copulativi concursus solemnitatis & causæ, ut requiritur in alienationibus bonorum Ecclesiæ ad formam Extravag. Ambrosiæ, quam amplius non dubitatur locum habere etiam in impositionibus censuum, quævis ad favorem alterius Ecclesiæ, cum certum sit in hac materia non intrare conquisitionem privilegiorum, ut advertitur supra disc. 1. & alibi, atque ex hodie magis communi, & recepta sententia, habetur infra in contrahibus initis inter minores, vel mulieres, sed æque privilegiatos.

Dicebant scribentes pro creditore, (& Judex admittit) solemnitate dupliciter concurrere; Primò scilicet ob licentiam concessam à Ministro Provinciali quæ dicebatur in proposito sufficiens ex indultis Apostolicis huic Minorum Religioni concessis per Leonem X. & Greg. XIII. Et secundò ut concurreret beneplacitum præsumptum, quod resulat à lapsu temporis longissimi juncti cum observantia, quorum utrumque accedat, non obstante moderna Constitutione 157. Urbani VIII. dum receptum est ut cum Ecclesia, vel loco ecclesiastico non procedat ut eodem disc. 1.

Et quoad defectum causæ, dicebat eandem præsumptionem resultantem à longissimi temporis observantia, in idem quoque suffragari, quod scilicet non solum præsumitur solemnitas, sed etiam utilitas, juxta auctoritates eodem discursu. 1. deductas, quas ac alias pro moderno stylo plene cumulabat; Et ulterius quod cum ageretur de censu imposito pro causa voluntaria, non teneatur creditor esse sollicitus de versione, juxta firmata in terminis specialibus census impositi per Monasterium apud Merlin. decis. 219. repetit. decis. 465. post Conc. de cons. istudque fuit præcipuum fundamentum.

E converso, ego scribens pro Convento debitore, absque necessitate immorandi in regula, quæ nullitati affisit, dum illa per alteram partem admitteretur; Dicebam præfatas limitationes non suffragari ex defectu applicationis ad casum; Tum quia dicta Indulta Apostolica percutiunt Religionem Minorum Observantium, qui sunt incapaces retinendi bona stabilia in redditu, non autem in acquisitione, ad effectum vendendi juxta plene firmata apud Merlin. decis. 546. repetit. dec. 365. par. 5. rec. & pluries in sua materia sub tit. de Regularibus; Ideoque præfata Indulta disponunt, id quod de jure, potiusque, proderunt ad tollendas difficultates resultantis à cap. exiit de verb. signifi. in sexto, & à Clement. exiit cod. tit. supra dicta habilitate acquirendi, & vendendi quam ut concederetur indultum speciale derogatorium Extravag. Ambrosiæ; Ideoque istud erat clarum æquivocum, ut dicta Indulta continerent circa hoc privilegium dictæ Extravag. correctivum; Et consequenter manifesta erat fallacia in applicatione, dum agebatur de minoribus Conventualibus, qui ex relatione regulæ ex indultis Apostolicis resultantem,

ultante, sunt extra controversiam capaces retentionis bonorum stabilitum, ac reddituum.

Et nihilominus, ut eodem discursu. 1. advertitur, hujusmodi privilegia, quæ, vel decreta, vel per communicationem plures Regiones capaces præsupponunt habere, moderata fuerunt per Decreta generalia edita de anno 1624. de quibus frequenter testantur moderni Morales, & Collectores.

Quovero ad beneplacitum Apostolicum præsumptum, quod resulat à longissimi temporis observantia (ultra inspectionem, an hæc præsumptio cesset ex contraria probatione, quod impositio facta sit in vim alterius licentiæ, quod tamen causat probationem præsumptivam, non autem concludentem ob compatibilem concursum utriusque solemnitatis rectè cumulat, donec de negativa constet;) Dicebam omnem difficultatem cessare ex alia conclusione eod. disc. 1. deducta, quod hæc præsumptio non intrat, ubi constat de ineptia, vel insufficientia causæ, sine qua Pontifex vel Sacra Congregatio hujusmodi licentias non concedit, & consequenter non potest fictio supplere illam veritatem, quæ verificari non potest, ex ibi deductis.

Ad conclusionem autem, quod creditor non teneatur esse sollicitus de versione, Respondebam cum eisdem distinctionibus in hac materia traditis eod. disc. 1. ut scilicet id procedat quando verificatur dictus copularivus concursus, tam solemnitatis, quam causæ, que sit vera, & sufficiens solumque difficultas cadat circa versionem; In præsertim autem, difficultas non erat super versione alicujus partis presentem in causam expressam, sed erat super falsitate, dum pro expeditione litterarum tanta summa necessaria non erat, ac etiam super ineptia pro ipsam summam necessariam quoniam (ut supra insinuat) cum non esset valde notabilis, bene contum potuisset, vel expectando cumulum ex fructibus istorum bonorum, obtinendo interim aliquam

10 prorogationem temporis de facili à S. Congregatione concedendam pro erectione injuncti operis, vel accipiendo mutuum pecuniam, etiam sub aliquo interesse, satisfaciendam mediante assignatione fructuum aliquorum annorum mutuatori faciendam, suspensis interim piis operibus, quæ ex ipsis fructibus adimplenda erant, unde propterea Papa, vel S. Congregatio, ex ista causa verificabiliter habere facultatem non concessisset, dum, etiam quando oportet imponere censum, quia non possit alio modo occurrere, adhuc injungi solet Receptoribus, vel administratoribus Ecclesiæ, seu loci Ecclesiastici, etiam sub comminatione poenarum, onus extinguendi infra certum terminum cum fructibus, ex deductis infra disc. 11.

Quamvis autem de stricta, & rigorosa juris censuris credendum (etiam in sensu veritatis) hanc impositionem invalidam esse, cum dictæ responsiones, quæ ex hac parte deducebantur, in puncto juris essent solidiores; Adhuc tamen, refectendo ad eandem veritatem, me torquebat quædam non scripta naturalis æquitas, ob quam, resolutio potius probabilis visa est, quoniam census impositus non erat super antiquis bonis ipsius Conventus, qui proinde sui patrii diminutionem ita paterebat, sed super ipsismet bonis de novo obventis, & in eorum causam, unde propterea non erat alienare, vel minuere bona quæsitia, & incorporata, sed facere expensas necessarias pro acquisitione, sive ita minus quærere: Et consequenter quod rectè intraret limitatio, de qua eod. disc. 1. ubi agitur de bonis quærendis, & occasione acquisitionis; Licet enim prudentius fuisset providere cum fructibus, ut supra, non tamen ex eo quod omissa via magis prudenti, eligatur ea quæ minus prudens est, resulat, ut contravenitum dicatur Extravag. dispositioni, ubi bona sub illius dispositione adhuc non cadunt, quia Ecclesiæ incorporata non sunt.

Et quamvis eodem juris rigore rectè, aliqui crederent, ut alienationis prohibitio procedat etiam in ipsismet bonis hereditariis, postquam quæsitia, & incorporata sunt, quamvis alienatio ferret pro extinguendis debitis ejusdem hereditatis, atamen intellectus nunquam huic assumpto acquiescere potuit, nisi quando concurreret mala fides, & culpa positiva, affectando alienationem pro causa, cui commode cum fructibus occurrere potest, juxta ea, quæ in similiis terminis bonorum fideicommissariorum habentur sub tit. de fidei. disc. 160. & sub tit. de dote ad materiam Auth. rei que disc. 145. dum eo ipso, quod agitur de debitis, vel oneribus, quæ ipsi bonis insunt, ita dicitur fieri acquisitio cum sua causa, non autem pura, & libera: Potissimè ubi omnis suspicio fraudis, ac male fidei abest ab eo, in quem alienatio facta, est cum imputari non valeat, cur diligenter

non fuerit, ut dici potest de privatis, in quibus, fraudis & collusionis cum Prelato, seu administratore, cadere valeat suspicio, quæ in hac facti specie omnino exulabat, dum agebatur de Monasterio Monialium ita erogante pecuniâ, de necessitate erogandam, & quam alias cum privatis inveniisset, & potissimè in parvo loco, ubi hujusmodi juris subtilitates ignotæ sunt: Et consequenter, pro meo iudicio, ista materia, discretè pro facti qualitate, & circumstantiis regula videtur, non autem indefinite juris regulas, cum litterali rigore cuiuscumque casui applicare, juxta legalei cuiusque morem.

LAUDEN. CENSUS.
PRO MONASTERIO CONGREGATIONIS
OLIVETANÆ VILLÆ NOVÆ
CUM MARCIUM JULIO LUCINO

Causa decisus per Rotam pro Marchione, possessa, ut credo, concordatus.

An valeat impositio census pro extinctione alterius census antiqui in diversa moneta ab ea, in qua antiquus debebatur, & de qua licentia Apostolica loquitur, adeout beneplacitum dicatur male exequutum, & an absque beneplacito imponi possit novus census pro extinctione antiqui valide impositi cum beneplacito: Vel è converso, an valeat secunda impositio, quamvis cum beneplacito, facta pro extinctione alterius census, quem detegatur esse invalidum.

SUMMARIUM.

- 1 *Falsi series.*
- 2 *Resolutio causæ.*
- 3 *Quando augmentum monetæ cedat commodo, vel incommodo creditoris, vel debitoris.*
- 4 *Idem est non adesse beneplacitum, & adesse, & non servari formam in specie, quod loquitur de una specie monetæ, & contractus sit in altera.*
- 5 *In materia alienationis bonorum Ecclesiæ utile per inutile vitatur.*
- 6 *Secundum modicum excessum non attenditur.*
- 7 *Quod nil referat formam alterari circa species monetæ, ubi effectus est idem, & quid in hac materia attendatur.*
- 8 *Quod non detur lesio in actu, qui potest se habere ad commodum, & damnum, circa alterationem valoris monetæ.*
- 9 *Quomodo regulari debeat incertus valor de futuro.*
- 10 *Qualitas contrahentium satis in hoc attendenda est.*
- 11 *Nimium refert, an venditor sit conscius pretii, & emptor ignarus.*
- 12 *An sine solemnitate imponi possit unus census pro extinguendo antiquo imposito cum solemnitate è contra.*

D I S C. X.

Cum Monasterium Olivetanæ Congregationis Villenove, ad effectum solvendi pretium aliquorum bonorum emptorum, indigeret libris 50. mil. pro ipsis de anno 1607. censum impositum ad rationem sex pro centenario, specificando forem in ducatonis 10619. sub conventionem, ut ducatonus semper, & omni tempore, etiam in casu redemptionis, esse deberet librarum quinque, & solidorum 23 De anno verò 1619. idem Monasterium licentiam Apostolicam obtinuit, pro majori utilitate, creandi novum censum in summa scilicet 10. mil. monetæ, ad rationem quinque pro centenario, pro extinguendo dicto alio censu graviori, cujus licentiæ vigore censum impositum ad favorem Lucini in ducatonis, qui Mediolani dicuntur de cuneo boni argenti, ut conduntur in zecca Mediolani, sub pacto ut creditor, tam pro fructibus, quam pro restitutione factis in casu redemptionis ad aliam speciem monetæ recipiendam cogi non possit; Cum autem tractu temporis, ob excrementum valoris auri, & argenti dictus ducatonus, qui de tempore impositionis valebat libris 5., & solidis 13. factus esset valoris librarum 8. circiter, quod causabat Monasterio grave damnum, hinc præterdum cepit nullitas dicti contractus, quodque propterea tam in fructu, quam in specie Monasterium teneri solum deberet ad eam rationem, quam importaret debitum extinctum lib. 60. mil. Quare introducta causa in Rota coram Taja, datoque dubio, an constaret de validitate census etiam ad

iam ad effectum manutentionis in quasi possessione exigendi fructus in ducationis, vel eorum valore de tempore currenti, sub die 23. Junii 1666. affirmativa prodiit resolutio favore creditoris, atque concessa nova audientia, vel permissum fuit in decisivis, vel preparata disputatione, concordia dedit finem controversiæ, dum de illa amplius actum non audivi.

In disputationibus desuper habitis, posita validitate impositionis census, non negamus ego ergo, & ceteri pro Monasterio debitorum Scribentes, quod resultaret dictus effectus creditori proficius, quoniam cum non ageretur de moneta imaginata, sed vera, & existente in rerum natura, (quicquid antiquiores in hoc certaverint) hodie passim recepta est theoria Bartoli in l. Paulus, ff. de solut. ut ipsa præstantia sit, ubi difficultas adsit in præstatione ipsius speciei, dari debeat æquivalens in alia moneta currenti, non curato intermedio incremento, vel decremento, ut cæteris relatis apud Peniam dec. 3. Gregor. & add. dec. 42. Latre dec. 21. cum aliis cumulatis per add. ad dec. 67. num. 29. & seq. & num. 71. part. 9. rec. & habetur actum sub titulo de regal. ad materiam monetarum disc. 106. & seq. & sub tit. de pens. disc. 34. & seq. ac sub altero de credito disc. 139. & alibi, & in specie pro Monasterio Urbis ejusdem Olivetanæ Congregationis ego substitui in Romana, de qua habetur etiam mentio dicto tit. de credito disc. 139. in censu imposito in scutis auri larghis, qui hodie in commercio non sunt, nimirum quæ rari antiquariis reperiuntur, ut extinctio census heri debebat in moneta currenti, juxta tamen eorum valorem importantis julios 16. cum dimidio circiter, cum tamen de tempore impositionis valerent julios 12.

Quare defensio causæ consistebat in subvertendo invaliditatem contractus, quæ posita, de consequenti resultabat, ut Monasterium teneri non deberet, nisi ad id quod in ejus utilitatem verum erat circa extinctionem antiqui census, qui supponebatur debitus in libris 60. mil. in variabilibus, dum illa est moneta imaginaria, quæ juxta eandem receptam theoreticam invariabilis est, nullamque recipit alterationem ut apud proximè allegatos.

Pro invaliditate autem prædicta probanda (ultra motivum nudè facti super excessu mandati dari procuratori, qui monasterii nomine censum imposuerit) Tria, ego & ceteri pro Monasterio scribentes deducebam fundamenta, ad ostendendum malè servatum esse formam licentiæ Apostolicæ loquatur de ferat. ro. mil. monetæ intelligendis juxta usum Urbis, ut quilibet scutus invariabiliter constituat ex decem julios, vel paulis, ut in specie dicto tit. de regal. disc. 126. impositio census facta erat in dictis ducationis cuneo Mediolani, ideoque ob non servatam formam, dicebamus actum corruere, ex conclusione in hac materia receptissima de qua supra disc. 1. & alibi, quod item est, nullum adesse beneplacitum, vel adesse malè executum, ejusque formam servatam non esse; Secundo ob excessum, dum licentia cantabat ad summam scutorum 10. mil. & census constitutus erat pro summa majori 10619. ac propterea deducebamus alteram pariter, hodie receptam conclusionem (quidquid antiquitus ducatum fuerit) ut in hac materia utile per inutile vitietur, atque excessus totum actum corrumpt, ut eod. disc. 1. & alibi; Et tertio ob defectum causæ, quam pariter absolutum est non suppleri per beneplacitum Apostolicum, quamvis ejus forma in omnibus adimpleta sit, quoniam cum antiquus census esset, ut supra, in moneta invariabili, unde propterea Ecclesia reddebatur tuta, ne damnum ex futuro augmento pateretur, sed subiecit dicto periculo, cujus casus contigit cum damno valde notabili.

Reflectendo autem ad veritatem, primum, & secundum motivum, quamvis more Advocati scribentis in causa per me cum dictis conclusionibus, earumque auctoribus, & decisionibus in suis casibus veris nimirum exornaretur, levia videbantur, ideoque merito neglecta; Quatenus enim pertinet ad secundum excessum, tollebat ex facto, cum ferè idem importaret scuta 10. mil. monetæ Romanæ, ac 10619. ducationis monetæ Mediolani, attentio valore illius temporis, & si qui aderat excessus, erat modicus, qui non est considerabilis, ut bene in hac parte in hujus causæ decisione firmatur, potissimè quia spectato prius sine, seu effectu licentiæ, quam formula verborum, nova impositio facienda erat pro extinctione census antiqui, quæ sequi non poterat, nisi cum integra restitutione fortis librarum 60. mil. cui dicta summa ducationum 10619. respondebat.

Et quoad primum motivum creandi censum in diversâ moneta, quam specificata in licentia, verè nihil referebat,

quoniam licet secus monetæ habeat semper uniformem, ac inalterabilem statum, ut constituitur ex decem nummis argenteis, qui julii seu pauli nuncupantur, seu ex 20. nummis pariter argenteis, qui nuncupantur grossi, ad differentiam scutorum auri, qui in dies, in hoc præsertim sæculo, alterationem, variumque pretium recipiunt, & recipiunt. Attamen spectato effectu, cum dictus ducatorum Mediolani consistat etiam in argendo, nulla dignoscitur differentia, dum altero est comparativè ad monetam imaginariam librarum, & quæ alteratio pariformiter in scutis argenteis monetæ Romanæ intrat, dum augmentum provenit à valore intrinseco ipsius argenti, & sic ille scutus monetæ Romanæ, qui tunc æquivaleret quinque libris circiter monetæ imaginariæ, nunc eodem modo importat libras 8. circiter, ideoque erat differentia merè verbalis, in nulla consideratione habenda, dum ut d. disc. 1. & alibi advertitur in hac materia, non attenditur alia subreptio, nisi ea, quæ respicit effectum utilitatis.

Solidum autem videbatur tertium fundamentum, cui decisio non omninò adæquate satisfacta, dum abque ulteriori ratiocinio, vel examinate materia, juxta currentem damnabilem pragmaticam stylium, processum fuit cum aliis firmatis per Rotam in Bonon. censu 11. Martii 1637. & 13. Decembris 1639. coram Panzirolo, in quibus agendo de cõsimili censu imposito per minorem in scutis 5000. auri pro extinguendo alio censu, vel debito in libris 24. mil. unde tractu temporis dicta fors importat damno minoris, deciditur ut attendendum non esse ex generali regula text. in l. de fideicommissis C. de tran. ad. ut lætius non dicatur ille actus, qui potest esse habere damnum, & commodum, si eventus damnum produxit, dum commodum etiam producere poterat, ideoque ad metiendam utilitatem, seu læsionem respectivè, attendi debeat tempus contractus.

Conclusio est vera, in his etiam terminis alienationis bonorum Ecclesiæ recepta ex deductis supra eod. disc. 1. Fallacia verò pro meo judicio consistere videbatur in applicatione ad factum, quoniam juxta communiter notata in cap. in Civitate de usuris cum concordantibus, quando agitur de regulando futuro variabili valore, qui pro casum contingentiis, major, vel minor effici potest, attendenda est verisimilitudo, metienda ex retroacti temporis experientia, ac peritorum judicio, quibus attentis, certum est quod idealis remanet dictarum decisionum consideratio, ut quemadmodum aurum excreveritiam habuit, ita decreveritiam cum utilitate debitoris recipere poterat, dum experientia continuta per medium ferè sæculum, & ultra de tempore hujus contractus docuerat, quod aurum, & de consequenti argentum semper excreveritiam in dies haberet, nunquàm verò decreveritiam verisimiliter non sperandam, & sic tam attendenda retroacta experientia, quam etiam verisimilitudine, nunquam dici poterat quod adesse equalis incerta eventualis, in qua pars esset utriusque contrahentis conditio; Et de consequenti in ipso initio immutato debiti de una specie in alteram præferebat Ecclesiæ damnum verisimiliter certum abque verisimili fe lucu.

Magnumque argumentum hujus speratæ utilitatis ex parte creditoris, & non cogitati damni ex parte debitoris, resultare observabam ex enixo pacto per creditorem affectato, ut in ipsis ducationis argenteis zecche, justè boni argenti restituit fortis, ac solutio fructuum fieri deberet reflectendo ad qualitate ipsius creditoris, qui erat peritissimus negotiator, atque ex diuturno exercicio campioris negotiationis rectè sciens dictam verisimilem futuram excreveritiam; E converso autem debitoris personam gerebant Religiosi hæc nullatenus callentes, ut in specie advertitur in Imolen. sub dicto tit. de pens. disc. 34. in proposito diuturnæ exactiõnis pensionis constituta in scutis auri, quam Inquisitor fecerat in longè minori summa librarum, continuando in statu, seu valore primè de tempore ipsius reservationis; Atque individuo istorum Religiosorum, ponebam casum supra insinuatum census impositi ad favorem Monasterii Urbis in antiquis scutis auri larghis valentibus julios 12. quod quamvis eorum valor adeo notabiliter adauctus esset ad julios circiter 16. cum dimidio, adhuc tamen Religiosi in sancta, & religiofa simplicitate, continuaverunt exactiõnem fructum usque ad præsens ad dictam antiquam rationem juliorum 12. atque in futurum continuassent, nisi debitor voluisset facere extinctionem, super cujus modo consulti sapientes Monasterii errorem declarant ut d. disc. 139. de credito.

Ideoque rectè intrare dicebam ea, quæ firmant communiter

niter Civilistæ ad materiam text. in l. 2. Cod. de resina vendit. & Canonistæ ad materiam text. in cap. 2. & 3. de emptione, & venditione, & ad dictam materiam text. in c. in Civitate, & cap. fin. de usuris, ut pro futura verisimilitudine regulanda, seu etiam regulanda læsione in pretio de presentibus, nimirum deferendum sit utriusque contrahentis qualitate, & an venditor sit bene conficius justi pretii, cujus è converso fit ignarus emptor, vel è contra, & hic videbatur casus, unde propterea non de facili intellectus resolutioni acquiescebat ob dictam verisimilitudinem læsivam, & præjudicalem conversionem alienationis, ab una specie non periculosa, in alteram satis periculosam.

In hoc autem proposito imponendi novos census sub minoribus fructibus, ad effectum extinguendi census antiquos graviores, Satis frequenter dubitatum vidi, & consultus fui an ille fieri posset per Ecclesiæ, & Monasteria aliaque loca Ecclesiastica, sine alia licentia, vel beneplacito Apostolico; Et quoniam expertus fui deluper pro ingeniorum diversitate varia fuisse judicia, hinc proinde dum res erant in fieri, ad omnem difficultatem tollendam, & nè aliis illi qui eorum pecunias dabant, eas subleventur, periculo, quod in dies experimur ex dicta ingeniorum varietate, consulere consuevi, ut ad superabundantem cautelam, beneplacitum Apostolicum, vel respectu in Regularibus licentia S. Congregationis deluper obtineretur; Pro meo tamen judicio, indubitatum credebam id non requiri, quoties tamen primus census extinguendus, legitime cum beneplacito Apostolico bene exequo impositus esset, excepta conclusione, de qua d. disc. 1. & alibi, ut res semel effecta alienabilis, durante eadem causa, perniceretur talis; & consequenter bona solita concedi per unicam solemnem concessionem denuò abque alia solemnitate, dummodo accedat utilitas concedi possunt.

Ubi verò primus census extinguendus impositus non esset cum Apostolica licentia, eliquis servatis de jure servandis, tunc secus, ideoque monere consuevi, ut hoc principaliter inquireretur; Quamvis enim in terminis censuum imponendorum per Communitates, vel possessores majoratum, & fideicommissorum cum similibus, aliqui moderni Scribentes credant, ut creditoris sufficiat adesse licentiam Regiam, seu alterius magistratus ad id potestatem habentis, non curato, ac censu antiquo, qui extinguitur, tali licentia sit munus necnè, & cæteris relatis firmat Molin. de primogen. lib. 1. cap. 10. num. 25. Novogrol. allegat. 2. Capoblan. de Baron. prag. 1. num. 298. & seq. Negant autem Rovit. cons. 64. lib. 1. de Marin. resol. 77. nu. 9. lib. 1. & pro utraque parte disputat Salgad. in Laby. par. 2. cap. 17. numer. 46. & sequent. Attamen quidquid sit de unius, vel alterius opinionis veritate, obler vabam id non rectè applicari in nostris terminis, in quibus intrat dispositio Extravagan. Ambrosiæ, ob copulativum concursum præcisè necessarium solemnitatis, & causæ consistentis in necessitate, vel evidenti utilitate, quam solemnitas non supplet, & consequenter non sufficit, ut accedat beneplacitum Apostolicum, dum non adest necessitas neque utilitas, si Ecclesia in vim primæ impositionis invalidæ cogi non poterat, neque obligata erat, nisi quatenus in ejus utilitatem, verum esset; non sic est in dictis aliis casibus in quibus cum contrahendo obstaculum proveniat à prohibitione legis, sufficit licentia, seu facultas Principis, qui dictum obstaculum tollat, dum non desideratur præcisè dictum aliud requisitum evidenti utilitatis, ideoque diversi termini.

ROMANA CENSUS PRO HÆREDIBUS HIERONYMI ALBERTINI CUM RECTORE ECCLESIE PAROCHIALIS S. BLASII DE FOVEA.

Causa variè decisus per Rotam.

An debitum contractum per Ecclesiæ Rectorem, seu Prælatum cum licentia Apostolica præscriptæ assignationem creditorum faciendam fructuum aliquorum bonorum, ex quibus debeat satisfieri, importet implicitam impositionem census, quæ afficiat ipsam Ecclesiam atque bona: Et quid ubi certus terminus Ecclesiæ Rectori, vel administratori in licentia præscriptus est ad

censum, vel aliud debitum extinguendum, an creditor teneatur de hoc esse sollicitus, adeo non implementum sibi præjudicet; Et incidenter, an Prælatus, vel Rector acquirat jura contra Ecclesiam.

SUMMARIUM.

- 1. Adhuc series.
2. Resolutiones cause.
3. Licentia Apostolica regulat, ac animat alienationem alias prohibitam.
4. Ideoque contractus gestus contra formam licentiæ est invalidus.
5. Non est immorandum in formalitate verborum, sed in substantia veritatis.
6. Fructus certi pro credito pecuniario sine requisitis non dantur circa usum.
7. In materia usuraria potestas Papæ quantum se extendat.
8. In Papa non datur ignorantia eorum, quæ sunt juris ob assistentiam officialium.
9. An Clericis permittatur contractus cambii aditò, & passivè.
10. In cambio non datur lucrum certum neque intrant termini fructuum.
11. De circumstantiis ex quibus Rector voluerit contrahere nomine proprio.
12. Prædia urbana non sunt naturaliter, sed accidentaliter fructifera.
13. Adhuc tamen dicuntur bona fructifera ad effectum impositionis census.
14. Quod juxta sensum decisionis non esset necessaria licentia Apostolica.
15. Ecclesia tenetur actione de in rem verso non locupletetur de alieno.
16. Creditor non tenetur esse sollicitus de extinctione factenda infra terminum.
17. Quod obligatio extinguendi infra certum tempus sit pro stylo, sed non solet praticari.
18. Quod sit excusandus contrahens super interpretatione licentiæ Apostolicæ dum etiam tribunalia se deceperunt.
19. Tutor non acquiritur cessiones contra pupillum, vel Prælatus contra Ecclesiam, & quando secus.
20. Quod titularis possit acquirere commoditatem pensionis super proprio beneficio.
21. Debitor solvens debitum proprium non reportat cessationem.
22. De materia obligationis causatiæ adjectæ pro extinctione debiti.
23. De eodem, de quo num. 17. ut obligatio extinguendi non sit in usu.

DISC. XI.

FADO casu devolutionis Domus emphyteuticæ, cum necessaria esset ejus restitutio, quam Jacobus Rector narravit de proprio facere non posse ob graves expensas factas in lite pro recuperatione, hinc obtinuit licentiam Apostolicam accipiendi scuta 879. sub anno fructu, seu usuris quinque pro centenario, cum assignatione pensionum ejusdem domus, ita tamen, ut à Jacobo intra duodecim annos Ecclesia reintegrari deberet, cujus licentiæ vigore pro dicta summa impositus fuit census ad favorem Petri; Camque per obitum Jacobi, de dicta Ecclesia provifus fuisset Augustinus, iste pro se, proprioque nomine, suisque heredibus, & successoribus, dictum censum à Petro acquisivit, eoque defuncto, hæredes contra successorem in Tribunali Vicarii mandatum executivum obtinuerunt pro fructibus; Commissa verò per signaturam causa appellations in Rota coram Cerro, cum clausula, si quid exequendum, sub die 8. Maii 1663. pro exequutione responsum fuit, sed concessa nova audientia, & reproposita causa coram Bevilacqua subrogato sub die 28. Novembris 1670. recessum est à decisivis, atque in hoc facta causa pendet.

Punctus disputationis, ac variationis respectivæ, consistebat in natura, seu qualitate hujus contractus, seu verius in interpretatione dictæ licentiæ Apostolicæ, quam scilicet facultatem contrahendi concederet, dum ex pluribus insinuat, stante prohibitione faciendi actus cadentes sub Extravagan. Ambrosiæ sine Apostolica licentia, ista sine dubio animat, & informat actum, qui ad ejus limites intelligendus est.

In prima siquidem resolutione, processum fuit cum eodem sensu iudicis primæ instantiæ, ac juxta petitionem auctorum, quod iste contractus contineret impositionem census: In posteriori verò, quod contineret facultatem accipiendi mutuum limitatum ad certum tempus, abque facultate obligandi bonorum proprietatem, per necesse censui supponendam, ad præscriptum Constitutionis Pii V. sed cum sola facultate obligandi ad tempus pensionis dictæ domus restauranda, atque propterea intraret conclusio, de qua latè apud Cyriac. *contr. 219.* & passim, super invaliditate contractus gesti per prohibitum, contra, vel præter formam licentiæ, seu facultatis attributa.

Mihi scribenti pro auctoribus (reflexendo etiam ad solam veritatem) probabilius videbatur prima resolutio, procedendo cum regula desumpta ex text. in l. finali Cod. de usur. in leg. cum aliter, §. 1. ff. de legat. 3. de qua pluries hoc eod. titul. & sub altero de credito, frequentius verò sub illa de falsiommiffi ac in omnia materia, ut scilicet lex non sit in nuda formalitate verborum, sed in substantia veritatis; Quamvis enim licentiæ in verbis non explicet contractum censualem, quia forte supplet libellus in secunda decisione consideratus, malè deluser conceptus fuerit, ex cuius tenore formatae solent litteræ in forma brevis, Attamen attendenda substantia veritatis, de alio contractu intelligi non potuit; Nisi datur inconveniens, quod Papa expressè canonizasset usuram ad certam summam ab initio convertam pro mutuo, vel alio credito quantitas ad certum tempus repetibili, abque justificatione specifica lucri cessantibus, vel damni emergentibus, quod juxta opinionem, quam uti veriorum tenet Rota, & Curia, redollet usuram, ex iis, quæ habentur pluries in sua materia sub titulo de usur.

Posita enim usura, cum istius prohibitio manet à jure divino, certus est defectus potestatis Papæ illam expressè canonizandi, cum solum ejus potestas versetur circa interpretationem, scilicet quando contractus redoleat, necne usuram ex pariter deducit pluries in dicta sua materia sub titulo de usur. & de consequenti resultant duo vulgaria quotidiana axiomata; Primò, quod voluntas regulatur à potestate; Et secundò, ut qui vult consequens, censetur per necesse velle necessarium antecedens, cum in Papa ob assistentiam ejus peritissimum officialium non datur hujusmodi fatutas ipe ignorantia eorum, qui juris sunt, ut pluries advertitur sub tit. de beneficiis, & alibi.

Et quamvis in secunda decisione, ut responderunt huic fundamento, dicitur quod Papa potuerit cogitare, quod Rector obligaturus fructus ad certum tempus, facere potuerit contractum cambii, five imponere censum super bonis propriis, assignando creditoribus pensiones domus pro extinctione census, atque solvendo interim fructus ex fructibus aliorum bonorum Ecclesiæ: Attamen hujusmodi responsiones meram divinationem inverisimilem in omnibus continebant; Primò scilicet, quod Papa cogitare voluerit ad contractum cambii, tum quia istum contractum etiam passim prohibuit esse Clericis dixit eadem Rota coram eodem Bevilacqua licet postea agnovisset hujusmodi erroneam traditionem, eamque retractaverit, ut advertitur in hujus causæ decisione, & habetur sub titulo de Cambiis disc. 18. Tum etiam quia ut habetur eodem tit. de Cambiis disc. 1. cum plur. seq. in isto contractu non intrant termini fructuum, vel accessionium, in certa uniformi quantitate, cum cambio realiter repugnet dari certum lucrum etiam in obolo, sed totum pendere debeat ab eventualitate, quæ causare potest diminutionem, etiam in forte principali cum damno creditoris, ideoque impossibile est, quod Papa de isto contractu intellexerit.

Prout major improbitas esse videbatur; quod intellexerit de censu imponendo per ipsum Rectorem in eius bonis propriis, extinguendo singulis annis cum pensionibus domus, ob magnam cumulum fictionum, & improprationem: Primò scilicet, quia non constat, an Rector haberet bona stabilia fructifera; Secundò, quia ubi etiam haberet, non constat an id in animo haberet, dum contrahe-re professus est tanquam Rector non autem nomine proprio Tertio, ut id esset nimium improbabile, ac specles fatalitatis in ipso Rectore faciendi formalem alienationem suorum bonorum mediante impositione census pro debito Ecclesiæ sub spe se reintegrandi cum fructibus multorum annorum, dum incertus vivebat, an etiam per menses, vel hebdomadas in ea Rectoria continuaturus esset: Quartò quia in eadem licentiâ Apostolica asseritur, quod ipse Rector ob

expensas passas in recuperatione cum diuturna lite, non habebat modum faciendi hanc refectionem cum suis, vel Ecclesiæ bonis, ergò declarata vit animum non committendi personam propriam: Quintò ex parte creditoris qui perpetuus non fuisset daturus pecunias ad censum sub lege extinguendi singulis annis sortem ita minutatim cum pensionibus, quas decisio supponit importare annua scuta 80. potissime dū fructus, qui percipiuntur ex prædiis urbanis dicitur accidentalibus, & quatenus illa locentur, unde propterea prædia urbana non dicuntur de sui natura fructifera, sed per accidens, quatenus locatio sequatur, ex deductis dec. 21. n. fm. par. 10. rec. reperit. post Merlin. de pignor. dec. 153. Otthob. dec. 193. n. 8. & 9. & sepis; Quamvis enim ratione potentia, ac frequentioris contingentiæ reputentur talia ad effectum satisfaciendi Constitutionibus Apostolicis præsertim Piane, ut super eis census imponi possunt; Attamen longa differentia est inter unum, ac alterum effectum.

Et demum quia si id in animo Rectoris fuisset, non oportebat obtinere licentiâ Apostolicam, neque desuper facere notabilem impemiam pro obtinendis litteris in forma brevis, ac etiam pro obtinenda licentiæ executione à Cardinali Vicario, dum pro ista specie contractus ea necessaria non erat imponendo censum super ejus bonis privatis: Quamvis enim in decisione ponderetur, quod ea necessaria erat ad effectum obligandi successorem, ut negare non posset continuationem dicte assignationis pensionis, Attamen id pariter non subsistit, quoniam cum pecunia verè erogata esset in utilitatem Ecclesiæ pro restauratione, ac melioratione domus, ita remanebat de jure actio æquitativa de rem verso, seu de utili negotiorum gestorum, de qua sub titulo de credito disc. 72. & quæ de jure contra Ecclesiam quoque est exercibilis saltem in fructibus, nec datur locupletatio de alieno contra iustitiam, & æquitatem, quarum utramque Ecclesia magis profiteri debet, ut supra disc. 1. & in aliis, & consequenter ita magnus resultabat fictionum, ac inverisimilitudinum cumulus.

Cumque in prima decisione firmiter vera, & recepta conclusio, de qua pluries hoc eodem tit. quod creditor non tenetur esse sollicitus, ut Ecclesiæ Rector, vel administrator, censum, vel aliud debitum extinguat infra terminum de stylo præscripti solum in licentiâ, ubi beneplacito Apostolico, ut docet quotidiana praxis Datarie, & Secretariæ Brevium, ac etiam S. Congregationis, juxta formulam relata à Pyr. Corrad. in praxi dispens. lib. 9. cap. 9. Respondetur in secunda decisione, quod creditor id negligendo, fuisset quoque in culpa, cum ipsa licentiâ Apostolica inserta esset in instrumto impositionis census, ideoque ignorantiam allegare non posset.

Verùm hæc responsio aliis debitoris, minaque fundata videbatur, quoniam cum ex præmissis, atque ex assertione ipsius Rectoris, qui licentiâ obtinuerat, creditor juxte opinatus fuerit, quod ageretur de contractu censuali, juxta id resultabat, quod ad præscriptum Piane Constitutionis, contractus ex ejus parte deberet esse perpetuus, cum omnimoda irreperitabile fortis, cuius restitutio solum posita est in facultate debitoris, cui, non autem ipsi creditori, certus terminus ad extinguendum, potius pro stylo, quam pro præcisa necessitate adjectus est, ut quotidiana praxis docet.

Atque proflus improbabile esse dicebam, ut creditori viro idiotæ, ac legum ignaro, imputanda esset mala intelligentia licentiæ Apostolicæ, adeo ut dici posset, quod contra ejus formam contrahendo, esset in culpa, dum ultra assertionem Rectoris, cui tanquam Sacerdoti, & Parrocho qui dictam licentiâ obtinuerat, credendum erat, ac ultra probabilem, imò veriorum ejusdem licentiæ intellectum ob prescriptionem fructuum in certa summa uniformi, ut supra; Sufficere, ac abundare dicebam, ut prius Index primæ instantiæ, doctus, & qualificatus Prælati, deindeque eadem Rota in prima resolutione, hanc interpretationem dicte licentiæ attribuerint; Proflus enim absolutum est, ut idiotæ negotiorum legum ignaro, imputandum sit, cur habuerit illam credulitatem, quam duo Tribunalia habuerunt; Accedente etiam verisimili voluntate Papæ, quod juxta communem frequentem praxim, hanc licentiâ pro explicita impositione census non fuisset denegaturus, & è converso magna inverisimilitudine facienti contractum, nulla modum in secunda decisione præsuppositum, cum nulla decisione parum probabiliter admittitur motum Scribentium pro Rectore, quod scilicet Augustinus auctor actorum tanquam Rector Ecclesiæ non

ROMANA LOCORUM MONTIUM
PRO HÆREDIBUS HIERONYMI
BOCCHINDENTIS.
CUM SORORE MARIA VICTORIA
DE MAXIMIS.

Causa disputata in Camera, & scripta, ut infra.

De alienatione locorum montium, an veniat sub prohibitione Extravagan. Ambitiosæ: Et quando data invalida alienatione, veniant fructus medio tempore percepti, inter alienationem, & petitam revocationem: Et quid de alienatione ususfructus, seu fructuum assignatorum Religiofo ad vitam.

S U M M A R I U M.

- 1 **F**acti series cum resolutione.
- 2 Loca montium reputantur stabilia.
- 3 Bona delata Religiofo acquiruntur directè, & immediatè Monasterio.
- 4 De libertate locorum montium circa contractationem, & de ratione.
- 5 Quando ista libertas non procedat.
- 6 De eodem quando non procedat.
- 7 De ratione libertatis, de qua n. 4.
- 8 De Constitutione Urbani VIII. super dicta libertate.
- 9 Et de alia ratione dictæ libertatis alienationis locorum montium.
- 10 Quando loca montium cadant sub Extravagan. Ambitiosæ.
- 11 Habitualiter omnia bona, & jura delata Religiofo acquiruntur Monasterio.
- 12 Sed vitalitatis assignationes de factis sunt ad dispositionem ipsius Religiofi.
- 13 Fructus, vel commoditas non cadunt sub d. Extravagan. Ambitiosæ.
- 14 Penso Ecclesiastica non est in commercio, sed bene ejus commoditas.
- 15 Quod jus, vel interesse Monasterium habeat in vitalitatis assignationibus Religiofis.
- 16 Quando istæ assignationes prohibita sint alienari, necne.
- 17 De articulo an, & quando emptor bonorum Ecclesiæ male alienatorum teneatur ad fructus.
- 18 A fructibus perceptis, & consumptis excusat bona fides, vel media.
- 19 Limitatur conclusio, de qua num. præc.
- 20 Declaratur limitatio.
- 21 De dilemmate super contentis n. 18. & seq.
- 22 Ecclesia, quæ retractat alienationem, debet restituere quod accepit.
- 23 Ubi fructus restituantur, debetur emptori pretii interesse.
- 24 De interesse debito creditori, qui restituit, vel imputat fructus pignoris.
- 25 Quod id non procedat in Curia.
- 26 Quando etiam juxta opinionem Curie Ecclesiæ teneatur ex fructibus defalcare interesse pretii, quod habuit.
- 27 Quod non sit commendabilis nimis zelus, ac rigor favore Ecclesiæ.

D I S C. XII.

Loca montium Sor. Mariæ Victoris (ultra dotem) assignata, ut ex fructibus, juxta tolerantiam ab Ecclesia consuetudinem, aliquid pro extraordinaria subventionem haberet, (ex iis, quæ pluries deducuntur sub tit. de dote, ubi quod reputatur pars dotis) eadem Monialis cum presentia, & consensu Hieronymo, quo defuncto, accepto congruo pretio, cessit Hieronymo, quo defuncto, penitens, ad illa reintegrari obtinuit à Thesaurario contra emptoris hæredes, condemnatos etiam ad restitutionem fructuum ab initio, Introductaque causa per appellationem in Camera, & dato dubio, An sententia Thesaurarii esset confirmanda, vel infirmanda, pro confirmatione in ipsis locis montium resolutio prodit, Super condemnatione autem fructuum pluries suspensa fuit resolutio, quæ pendet. Quare due fuerunt inspectiones. Una circa reintegrationem ad ipsa loca montium; Et altera circa restitutionem fructuum, ubi ipsorum locorum alienatio invalida esset, Quatenus autem pertinet ad primam, dicebant Scribentes pro

non potuisset contra ipsam acquirere cessionem juri, ut dicto argumento ab iis, quæ habemus de tutore non acquirere cessionem juri contra pupillum, in Prælo tutores jure regulando, advertitur apud Olearum de Cef. jur. tit. 2. q. 6. num. 13.

Si quidem admittendo conclusionem, dicebam fallaciam claram esse in applicatione, quoniam, ut ad vertitur super ista conclusione in sua materia infra sub tit. de us. & adm. n. 1. hoc eodem lib. disc. 12. & admunt. Olearum, & omnes per eum relati, d. q. 6. n. 3. & segg. illa procedit quando militet ratio, cui innixa est, ubi scilicet ad instar eorum, quæ habentur ad materiam text. in l. per d. v. f. & l. ab Anastasio, jura turbida, & litigiosa, pro modico, seu inferiori pretio obtineri possunt; Sive etiam ubi ea sint clara, & liquida temporum autem, vel personarum condicio oportuna præbeat occasionem illa acquirendi pro minori pretio, quoniam tunc, illud utile negotium, quod fieri potest ad commodum pupilli, vel Ecclesiæ, fieri non debet per tutorem, vel Prælatum ad commodum proprium, ita suppletando cum, qui sub ejus administratione vivit; Ac etiam nec datur occasio tutoribus, vel administratoribus, ita revolvendo chartas veteres, uliurpare bona administrata, deindeque se confovere cum hujusmodi cessionibus, in quibus proprie DD. ponderant studiosam affectationem; Secus autem tunc, ubi publicè, & palam, ac bona fide, pro eodem pretio abique eo, quod pupilli, vel Ecclesiæ conditio in aliquo deterior efficiatur, ista cessio, quæ cuiuscumque tertio fieri potest ipsi tutori, vel Prælo facta, ut advertitur d. disc. 12. de tutor. & adm. n. 1. Et conferunt etiam quæ habentur sub tit. de pensio. disc. 68. de cessione commoditatis pensionis, quam ipsemet Titularis super beneficio à se possessio acquirere potest.

Dicebat etiam Scribentes pro Ecclesiâ, seu Rectore successore, (acque secunda decisio admittit) quod idem Augustinus successor in Parochia tenebatur hoc debitum extinguere, quodque propterea non debebat, nec poterat reportare cessionem translative, quæ non datur in debito, re dissolvendo proprium debitum, ex iis, quæ cæteris relictis habentur apud Gregorium disc. 71. num. 7. Cavalier. dec. 568. n. 2. Dunozett. sen. dec. 187. num. 3. Camill. de Med. cons. 110. num. 4.

Conclusio enim est vera in casu suo, ut pluries advertitur in sua sede sub tit. de credito, & alibi; Sed pro meo iudicio fallacia erat in applicatione, quoniam in licentiâ Apostolica, postquam disponebat, ut liceat dictam summam ab aliis accipere sub fructu quicunque pro centenario, & cum assignatione pensionum, ex tenore litterarum Apostolicarum congruentius referribili ad ipsos fructus, indefinitè adjectur id, quod ex stylo, ut supra, sub diversis verborum formulis in hujusmodi licentiis adjectur solet (sunt verba præcisa) Ita tamen ut dictus Jacobus intra duodecim annos dictam Ecclesiam in suis juribus quoad hoc reintegrasse omnino debeat.

Ex his enim verbis patet, quod onus est personale, cum per verba mere personalia illi Rectori injustum sit: Et licet verus venditor, ut dicta obligatio sit potius causativa, quam fixa, & personalis, juxta eam speciem causativæ obligationis, de qua habetur sub tit. de Regal. disc. 8. & 9. adeo ut dictus Jacobus demonstrativè potius stare dicitur, atque in eo demonstretur Rector, juxta eam ponderationem, de qua sub tit. de fideicomis. disc. 57. Attamen d. Augustinus iustam habuit causam credendi se non esse ad obligatum.

Ac ulterius, ista obligatio, utpotè adjecta solita de stylo, non videatur esse in usu, cum contra Prælatos, vel alios administratores, nunquam in foro id practicum dignoscatur; Potissime ubi agitur de beneficiis curatis, in quibus, ut ex traditione Covarr. & aliorum advertitur sub tit. de benef. disc. 81. & 100. & in aliis, Rector onerosam potius, quam lucrativam causam fore dicitur, atque in hoc differunt beneficia curata à simplicibus: Nisi ageretur de aded magna excrefcentia supra congruam à Concil. Trid. taxatam ut in excessu dici valeat merum lucrum, & nihilominus neque præcis id docet; Ac etiam ob reduplicationem personarum, quod alia est persona propria, & alia Rectoris Ecclesiæ, cuius debitum non est proprium.

PANORMITANA FEUDI PRO ARCHIEPISCOPO. CUM RIGGIIS.

Consilium pro veritate.

De concessione feudali facta per Ecclesiam, ubi constat de mala executione lapsi Apostolici, ac de lesione. Et quando per lapsum longissimi temporis, uterque defectus tollatur; Et quando executione dicatur male facta, & de modo regulandi lesionem.

SUMMARIUM.

- 1 Adii series.
2 Prohibitio alienationis bonorum Ecclesie est antiqua etiam a temporibus Apostolorum.
3 De duplici requisito beneplaciti Apostolici, & iustae causae copulativo requisito.
4 Parva sunt non adesse beneplacitum, vel esse male executum.
5 Clausula, vocatis vocandis, facit executorem mixtum, & de citatione promotoris fiscalis.
6 An Capitulum sit legitimus oppositor, & debeat citari.
7 Post executionem, iurisdiclio executori expirat.
8 Si novae litterae expediuntur, nova executio requiritur.
9 Tempus calamitosum, & accidentaliter non est attendendum ad regulandam utilitatem.
10 De beneplacito praesumptio ex lapsu temporis.
11 Infantia de iure canonico nunquam perit.
12 Sed per longam desertionem his remanet derelicta.
13 De effectu, seu operatione centenariae.
14 In his, quae habent tractum successivum lesio superveniens attenditur.
15 An detur conductori remissio pensionis ob subsequendam diminutionem bonorum.
16 Et quid de converso in casu augmenti, an debeat augeri responso.

DISC. XIII.

U Sque ab anno 1473. Archiepiscopus Panormitanus, concessit illis de Riggio feudum nuncupatum Brucato, obtento desuper beneplacito Apostolico; De anno autem 1500. ac etiam antea, Archiepiscopus successores agnoscens dictae concessionis lesionem, nullitatem declaravit, ac litem instituit, ejus tamen prosecutione neglecta, per longissimum spatium annorum circiter 130. Cumque ad dictum Archiepiscopatum promotus esset ille meus amicus, de quo habetur mentio sub tit. de praeminent. disc. 28. hic in animo habuit huiusmodi adeo oblitam causam suscitare, dictumque feudum recuperare, quod supponebatur esse annui redditus scut. 8. mil. cum concessio facta esset solum pro annua praestatione centum salmarum frumeti, & 70. unciarum in pecunia; Hinc proinde transmissa facti notula, consilium pro directione petiit, super quo tres constituebam inspectiones; Primo scilicet super validitate, vel invaliditate dictae concessionis de per se consideratae, praescindendo a lapsu temporis; Secundo, an dictus adeo diuturno temporis lapsus in proposito obstaret; Et tertio, quatenus obstaculum praebere, ad eum ipsa concessio directe impugnari non posset, quale aliud remedium esset intentabile.

Quoad primum, cum eo magis prolixo stylo inanum allegationum pleno, qui in responsis transmittendis ad partes, (damnablem tamen, ut vulgo satisheret) adhiberi solet, constituebam regulam super prohibitione alienationis bonorum Ecclesiarum, quam esse antiquissimam, etiam a temporibus Apostolorum, ceteris relictis eruditae probat magister meus Arias de Mesa lib. 3. var. cap. 23. quodque iuxta infundatam supra disc. 1. in principio, hodie per dispositionem Extravag. Ambrosio de reb. Eccl. non alien. praesens necessarius est copulativus concursus duorum requisitorum; Primo scilicet beneplaciti Apostolici, sine quo aliae solemnitates per antiquiores canones praescriptae non sufficiunt (quamvis dicto beneplacito accidenti ex magis communi, & recepta sententia, illae necessariae non sint, cum illud eas suppleat); Et secundo iustae causae consistentis in necessitate, quae debet esse vehementis, & praecisa, cui aliter consilium non valeat, sive in utilitate, quae debet esse certa, & evidens, ut post Canonistas in cap. 1. & cap. nulli de reb.

Eccles. non alien. & in Clement. 1. eodem tit. in terminis consimilis concessionis feudi in eadem Insula factae per Ecclesiam Messanensem, plenè Merlin. dec. 702. repetit. disc. 95. p. 7. rec. & ad scitatem dec. 275. & 276. p. 10. adebitur fit principium, quod hodie nullam admittat in foro questionem, sed praesupponi valeat, ideoque tryonicum videtur desuper auctoritates deducere, vel desiderare.

Primum requisitum solemnitatis desicere videbatur, quoniam licet adesse beneplacitum Apostolicum concessum per Sixtum IV. attamen manifesta erat nullitas illius executionis, quod operatur idem, ac si nullatenus adesset, cum in hac materia paria sint, nullum, & nihil, ideoque idem sit nullum adesse beneplacitum, vel illud adesse, sed male executum, ut in proximè allegatis, praesertim dicta dec. 702. Merlini nu. 43. & dicta dec. 275. & 336. p. 10. rec. & supra disc. 1.

Ultra vero nullitates, quae in dicta notula continebantur, deducas ex illarum partium praxi, & styli (super quibus, ut decet, earumdem partium sapientibus, ac peritis non retinebam) illam observabam substantialem, quod litterae Apostolicae continerent clausulam, vocatis vocandis, per quam executor redditur mixtus, ideoque assumere debet partes iudicis, atque servatis servandis processum compilare, ac iudicialiter procedere citato in examine testium super evidenti utilitate, aliisque actibus, promotore fiscali Curiae Episcopalis, quoties agitur de alienatione bonorum ipsius Ecclesiae Cathedralis, vel mensae Episcopalis, ut praesertim dec. 624. n. 4. & 7. p. 1. rec. dec. 275. n. 23. par. 10. apud Merlin. dec. 710. n. 2. cum seqq. & n. 7. Multo magis, quia Capitulum se opposuit, atque executores recusavit suspectos.

Quidquid enim fit de puncto, a consensu Capituli adhiberi debeat, necne, de quo habetur a sum. d. disc. 1. ubi de distinctione inter bona, & iura ipsius Ecclesiae Cathedralis in univertum, & bona mensae Episcopalis; Attamen ob eandem rationem concursus Capituli cum Episcopo ad ipsam Ecclesiam efformandam, negari non potest, quin dici valeat, ut habeat legitimam personam se opponendi, dum videmus, quod Concilium Tridentinum vacante, vel impedita Sede Episcopali, non solum Capitulum committit administrationem Ecclesiae, & diocesis in iurisdictionibus, aliisque regimen spirituale concernentibus, sed etiam committit economicam administrationem bonorum, & iurium mensae Episcopalis; Ideoque aliud est, an eius consensus praesens pro solemnitate, vel pro integranda persona alienantis sit necessarius; Aliud vero, ut seclusa etiam hac necessitate, gerere valeat dictam legitimam personam oppositoris, quod propter executores, dicta recusatione neglecta, ac etiam neglecto promotore fiscali, nulliter procederent.

Et quamvis concessionarii, agnita nullitate gestorum, eurasent eam supplere cum aliis litteris Apostolicis anno fequenti, ab eodem Sixto IV. obtentis, adhuc tamen illae non relevabant; Tum quia prodierant cum praesupposito, quod res esset integra, neque adhuc processum ad executionem, 7 ob quam iurisdiclio jam expiraverat, ut in specie advertitur dec. 631. num. 8. par. 2. rec. & apud Duran. dec. 225. nu. 6. Tum etiam, quia ubi iurisdiclio adhuc non expirasset, oportuisset procedere ad novam executionem novo processu, novisque legitimis actibus, ut advertitur apud Merlin. disc. dec. 110. num. 14. & 15. cum aliis apud Altograd. conf. 26. nu. 15. & seqq. lib. 1.

Quo vero ad causam utilitatis, (ultra quod per testes, ut supra nulliter examinatis non iustificabatur,) illa excludebatur; Tum quia supponebatur doceri in facto, quod annis praecedentibus feudum longè plus fructuasset; Tum etiam, quia supponebatur concessionem factam esse de tempore calamitoso, & accidentaliter, quod attendendum non est, sed haberi debet ratio temporis praecedentis non calamitosi, ac etiam futurae verisimiliter separatae reversionis ad statum pristinum, ut apud Seraph. dec. 1073. n. 4. & 5. Mantic. dec. 101. n. 4. Merlin. d. dec. 710. nu. 10. & conferunt, quae habentur dec. 222. par. 11. rec. nu. 5. & sub tit. praeminent. disc. 11. ut in hac materia non debeat attendi tempus calamitosum.

Quoverò ad secundam inspectionem, super effectibus praesudicialibus resultantibus a lapsu temporis, intrare non poterat praesumptio, quae (seclusa Constitutione Urbani VIII.) resultat a lapsu longissimi temporis iuncti cum observantia, dum abque necessitate recurrendi ad limitationes infirmatas sup. disc. 1. rectè quoque ad causam applicabiles, difficultas de plano cessabat ex facto, ob litem motam

PORTUEN. TENUTARUM PRO DUCE BRACCHIANI CUM COLLEGIO GERMANICO.

Causa pendet in Rota.

De lesione, seu cessante utilitate Ecclesiae in concessione emphyteutica, quomodo regulanda sit, & quale tempus attendendum; Et an successivum augmentum, quod tractu temporis notabiliter contingat, producat lesionem.

SUMMARIUM.

- 1 Adii series.
2 Beneplacitum Apostolicum non supplet causam.
3 Alia surreptio in beneplacito non attenditur, nisi quae respicit utilitatem.
4 Ex longissima observantia resultat praesumptio utilitatis.
5 De alia praesumptione utilitatis.
6 Et de alia praesumptione resultantis ab augmento canonis.
7 Fructus melioramentorum spectant ad melioramentum.
8 Ecclesia non potest praevendere, nisi quantum apud se bona valent, & fructuarent.
9 De excreto rerum valore, & de rationibus excrecentiae.
10 Ad regulandam lesionem attendi debet tempus contractus.
11 Limitatur in his, quae habent tractum successivum.
12 Declaratur haec limitatio.
13 De alia declaratione eiusdem limitationis.
14 De materia cap. suggestum de decimis.
15 De remediis possessoris competentibus Ecclesiae ad bona alienata.
16 Reintegratio remedium praescribitur per 30. annos.
17 Et in Ecclesia per annos 40.

DISC. XIV.

Commendatarius Monasterii S. Sabae, de anno 1521. concessit controversas tenutas ad tertiam generationem Felici de Ruvere Ursinae; Cumque ad aliquod tempus inter eundem, vel successorem Commendatarium, & Paulum Jordanum Ursinum Felicis nepotem, his exorta esset super devolutione; De anno 1551. perviam translationis nova concessio facta fuit, cum notabili canonis augmento, eidem Paulo Jordano pro se, suisque filiis, & descendentibus, dicta quae investitura in forma specifica confirmata fuit per Iulium III. Et quae pacificum effectum sortiente usque ad annum 1665. de hoc tempore Collegium Germanicum (cui medium tempore dictum Monasterium per Gregorium XIII. univertum fuit) pretendens dictae concessionis invaliditatem ex utroque defectu beneplaciti Apostolici, & evidenti utilitatis, stante dictarum tenutarum magno fructu in quadruplo, & ultra, pensionem, &que canonem excedente, introduxit causam in Rota coram Cerro, atque subscriptum fuit dubium, an Collegio actori dandum esset mandatum de reintegrando, eoque proposito, nulla capta fuit resolutio ob aliqua accidentia neque causa ulteriorum progressum hucusque habuit; Cumque communicata non essent iura actoris, scribens ego Duce reo convento, maturum iudicium desuper efformare non potui; Quantum vero subauditum fuit, duo erant actoris fundamenta; Primo circa praesentiam surreptionem dicti Apostolici beneplaciti; Et secundo super lesione, seu cessante utilitate, ob magnum redditum controversarum bonorum.

Super primo nihil deduci potuit, cum ignota essent fundamenta, ex quibus surreptio deduceretur; Dicebatur tamen illud primum motivum dependere a secundo; Aut enim praesentia lesio aderat, aut non; Si aderat, immorari non oportebat super surreptione, vel invaliditate beneplaciti, cum eo etiam in valido concurrente, nisi relevat, ex vera, & recepta conclusione, de qua apud Gregor. & Add. dec. 113. n. 8. Caval. dec. 288. n. 6. dec. 367. n. 15. p. 5. recent. cum aliis supra disc. 1. & alibi, ut beneplacitum non suppleat causam; Aut causa utilitatis concurrebat, & negligenda veniebat alia, ex quibus ob aliquam narrativam alterationem surreptione praetendi posset, ex altera conclusione pariter in hac materia recepta, quod alia surreptione non attenditur, nisi ea, quae utilitatem respicit, ad quam tantum intentio Papae directa est, ut apud Seraph. dec. 443. nu. 2. Mantic. dec. 101. num. 5. Rota dec. 319. num. 4. & seqq. part. 4. rec. tom. 2. cum aliis eod. disc. 1. & alibi.

motam ante annum 1500. & sic infra 30. annos, & consequenter desicibat essentialia requisita pacificae observantiae, stante dicta litem, quae de iure canonico perpetua est, atque non intrat illa praesentio instantiam, quae intrat de iure civili; Ut ultra generalia, de quibus in sua materia sub tit. de iudicis, ac etiam sub tit. de benefic. ad materiam beneficis iurisdictionis, in his specialibus terminis consimilis concessionis feudi Ecclesiae, Nefanensis habetur apud Merlin. d. dec. 702. & 710. & dec. 16. 57. & 94. par. 7. rec.

Et licet aeterna etiam hac dispositione juris Canonici, detur quoque desertio litis, eo quia habetur proderelicta; Attamen nimium difficile, ac rarum est hanc desertionis speciem praedicari, ob duplex requisitum copulativè desideratum, mali scilicet iuris ejus, qui litem intentavit, ac deseruit, & animi deserendi, ut in specie advertitur d. dec. 701. Merlini n. 26. & 8. & habetur pluries sub tit. de benefic. ad materiam Regulae de triennali, sive alterius beneficis iurisdictionis.

Major autem difficultas, quae in ista causa, pro meo iudicio urgebat, consistebat in lapsu temporis annorum 150. & ultra post motam litem, ex his, quae circa possibilitatem allegandi alium titulum meliorem dictorum defectuum suppletivum, habentur sup. disc. 2. quae in praesenti responso dicendum deducebam, ideoque pro hoc obiecto evitandum, respondi, desiderandas esse majores diligentias, ad effectum probandi, quod possessores pro tempore, in vim dictae concessionis limitate possidere professi fuerint, & an alia adesset adminicula exclusiva dictae praesumptionis, vel possibilitatis alterius tituli melioris.

Admonendo potissime, quod diligens fieret catalogus Archiepiscoporum, ac respectivè temporum Sedis vacantis, vel impeditae, adeo ut subditis temporibus praedictis, non adesset centenaria bene completa; Ideoque maturam iudicium desuper efformare non potui, neque determinatum consilium praebere, donec dictae meliores notitiae haberetur, quae ob superventam immaturam dicti zelantis Archiepiscopi mortem, deservunt.

Quatenus verò crederetur, quod dicta centenaria aliquod obstaculum praebere posset, adeo ut directe impugnatio alienationis experibilis non esset; Tunc insinuabam (circa tertiam inspectionem) non improbabiliè assumi posse punctum, de quo apud Altograd. d. conf. 26. lib. 1. n. 45. & seqq. Natta conf. 348. Canonizatum per Rotam in Hispanen. decimarum 16. Junii 1659. coram Cerro, cum aliis deductis in eadem in Hispanen. sub tit. de decim. & disc. seqq. quod scilicet conclusio, quam generaliter in omni materia, & specialiter in ista receptam habemus, ut ad metiendum lesionem vel respectivè utilitatem, attendi debeat tempus contractus, non quid inde accidentaliter sequatur sit, procedat in his, quae momento temporis periciantur, non autem ubi habent tractum successivum, ut tunc, si rerum eventus magnam causet lesionem, vel injustitiam, contractus ad iustitiam, & aequalitatem reduci debeat.

Ac etiam movitabam, ut conclusio, quam habemus favore emphyteutae, vel conductoris super remissione, vel reductione pensionis, quando tractu temporis res concessa notabiliter diminuta est, ubi annua praestatio non est modica in sola cognitionem domini, sed magna, & correctiva fructibus, ad terminos textus in cap. potuit, & cap. propter sterilitatem extra locati cum concordantibus, quae super utraque opinione habentur sub tit. de emphyt. disc. 54. recipienda quoque veniant favore locatoris, seu concedentis ex argumento correlativorum, ut quando res concessa notabiliter tractu temporis augetur, canon, seu pensio augeti quoque debeat, iuxta sententiam Avendani de censibus cap. 46. n. 4. cum seqq. cum aliis apud Duart. de conf. in princip. q. 2. n. 12. & d. tit. de emphyt. disc. 54.

Quamvis enim utrumque motivum suas patitur difficultates, ut de primo habetur disc. proxime sequenti, & de altero magis communis fit in contrarium, ut ex rei augmento non intrat actio petendi augmentum canonis, vel pensionis, ex his, quae colligit Fulgini. de emphyt. tit. de solutione canonis q. 13. n. 12. & seqq. & habetur in dicta sua materia sub tit. de emphyt. attamen videbatur, quod essent motiva considerabilia, omnia simul conjungendo cum praemissis aliis, quae de iure solemnitatis, & causae concurrebant ad elidendum illud unicum obiectum, quod possibilitatem tituli melioris; Revertendo tamen, ut dictum est, maturum iudicium, post habitas meliores, magisque distinctas notitias, ut supra desideratas.

Quovèro ad motivum causæ, illius præsumptionem ex pluribus resultare dicebam; Primo scilicet ex observantia antiquissima annorum 100. & ultra; Si enim sola observantia longissimi temporis inducit utilitatis præsumptionem, ut advertitur apud Mantica *dist. decif. 101. num. 3. Millin. dec. 119. num. 4. plenè dec. 684. nu. 1. & par. 2. recent. & admittitur apud Merlin. decif. 702. repetit. decif. 94. par. 7. recent. num. 10.* ubi quod ex longissima observantia possessore relevatur ob onere probandi utilitatem, atque Ecclesiæ adriaci incumbit onus probandi contrarium; Multo magis, ubi accedit etiam centenaria præservata per Constitutionem Urbani VIII. tollentem vim temporis longissimi, ut supra *disc. 1. & 2.*

Et huic præsumptioni, duas alias accedere observabam; Unam scilicet pro meo iudicio satis efficacem, quod inter concedentem, vel Pontificem confirmantem, & concessionarium, nulla aderat conjunctio sanguinis; nullaque urgebat causa, quæ collisionem suadere posset, unde intrare ea suspicio, quæ ex conjunctio sanguinis resultat, ex plenè deductis in *d. dec. 702. Merlini, alias dec. 94. par. 7. rec. Et è converso Cardinalis Commendatarius concedens (five ex sanguine, five ex adoptione) erat nepos, vel tanquam talis tractabatur, Pontificis concessionem plenariè approbantis, quod verisimile non est factum esse, nisi iusta causa utilitatis accederet.*

Et altera erat præsumptio resultans à notabili augmento canonis ultra dimidium, quoniam cum antiquus esset scutorum 600. & minus, actus fuit ad 1200. ut de præsumptione ab hoc augmento resultante habetur *decif. 221. num. 5. par. 4. diverf. & decif. 577. num. 3. par. 1. recent. & in aliis.*

Neque contraria probatio resultare videbatur ex longè majori fructu, qui de præsentibus percipitur; Tum quia in factu supponebatur, quod renua, quæ præsuppositum magnum fructum producebat constata non esset ex solis bonis concessis, sed ex peris quæ aliis propriis ipsius concessionarii; Tum etiam, quia supponebatur istum majorem fructum causatum esse à melioramentis, ac reductione bonorum tunc pro notabili parte inculcatorum ad culturam, idè quæ fructus, qui ex melioramentis percipiuntur, ipsius meliorantis est, ex deductis supra in Neritum. *disc. 4.* Atque ad metiendam utilitatem, & respectivè læsionem, attendendum est solum id, quod ipsa Ecclesia concedens percipere solita erat, & quid in futurum verisimiliter percipitura fuisset, non autem quid concessionarius ex eius industria, & diligentia percipiat, ut in specie advertitur *dec. 577. n. 4. par. 1. rec. ubi concordantes.*

Et nihilominus, ubi etiam hæc cessarent; Dicebam notorium esse, à modernis temporibus hujus sæculi citrà, & paulò ante, circa præcedentes sæculi expirationem, resultasse factis notabilem alterationem valoris, ac redditus bonorum stabilitum, ubique ob generalem rationem excrecentiæ valoris auri, portissimum vero, ac magis, quam alibi, in Statu Ecclesiastico, & præcipue in locis adiacentibus Urbis, ob divitiarum excrecentiam in dies resulantem ab illis fortunæ saltibus, qui sub hoc celo cernuntur, accitiam à Bulla Pii V. de non infundandis, unde propterea, scribendo in ista causa, plura deducebam exempla diligenter conquisita, occasione disputationum habitaram in Tyburina Castris S. Angeli, de qua habetur actum *sub tit. de usur. disc. 8. & sub tit. de dot. disc. 126.* circa notabilem alterationem valoris bonorum à tempore hujus concessionis ad præsens, Atque negligendo exempla percutientia tempus magis remotum, deducebam ea, quæ feriabant ipsimum tempus præsentium, vel satis proximum, & præsentem illud de eodem anno 1551. super concessione Oppidorum Civitatè novæ, & Montis Caustrii hodie tam notabilis valoris, facta pro ea modica summa, quæ recensetur *sub tit. de feudis disc. 4.* ubi de illa concessione agitur; Atque quamplura Opp. da, & Castra intra districtum Urbis circa dictum tempus, inter annum scilicet 1540. & 1560. vendita, seu concessa fuerunt pro pretio, quod hodie vix quintam, vel sextam partem pretii currentis constituunt; Atque antiquitè casalia vix ad rationem scutorum 25. vel 30. pro quolibet rubro vendebantur, modernis autem temporibus pro scutis 150. & ultra.

Ex consequenter dicebam intrare, veram, ac receptam conclusionem, in præcedentibus pluries insinuatam, ut pro melianda, seu regulanda læsione, attendi debeat tempus contractus, non curato quid successivus eventus, casualiter prodixerit, dum sciri unum, ita alterum oppositum effectum idem eventus producere potuisset, ut cæteris relatis habetur *dec. 18. n. 4. p. 2. diverf. d. dec. 577. nu. 4. par. 1. rec. dec.*

319. nu. 10. & seqq. p. 4. tom. 2. apud Duran. *dec. 397. nu. 13. cum seqq. cum aliis supra disc. 1. & alibi pluries.*

Supponebatur, quod Scribentes pro auctore fundamentum constituerent in dictæ conclusionis limitatione insinuata supra *disc. præced. ut conclusio procedat in illis actibus, 11 qui temporis momento perficiuntur, secus autem in habentibus tractum successivum, ut tunc si contractus reductor ad magnam iniustitiam, & læsionem, intrare debeat iudicis officium pro reductione ad iustitiam, & æqualitatem, juxta doctrinam Bartoli in *l. inter stipulantes, §. factam n. 7. ff. cons. de verb. oblig. cum concord. apud Nattam cons. 548. Capyc. Latt. dec. 18. Altograd. cons. 26. num. 46. lib. 1. Rota apud Marin. Andr. decif. 48. num. 13. & 14. & decif. 70. nu. 3. & 4. & in Galaguritana decimarum 7. Februarii 1659. coram Cerro, & 16. Aprilis 1660. coram Taja, & in aliis; Atque in idem conferre observabam ea, quæ habentur ad materiam Text. in cap. subveganum de decimis, cum ibi notatis.**

Verùm, ubi istud motivum deductum esset, credebam etiam in sensu veritatis, negligendum fore, ac nullatenus obitare debere; Tum quia, ut patet ex deductis apud Capyc. Latt. *d. dec. 18.* ad effectum, ut id procedat, concurrere debet satis magna, & excedens læsio, quæ iniquitatem redoleat, quod in præsentibus non iustificabitur ex dicta duplici circumstantia, mixtura scilicet aliorum bonorum, ac melioramentorum.

Tum etiam, quia (ut super ista conclusione habetur particulariter actum in d. Galaguritana *sub tit. decimis;* id procedit in illis actibus habentibus tractum successivum, qui concernant onus, & gravamen singulis annis supportandum, cum ita quolibet anno nova læsio, tanquam per speciem novi, seu renovati contractus resultare dicatur, juxta casum, de quo apud Natt. & alios; Sicut autem ubi ille, qui læsionem allegat, non sentit damnum, vel gravamen possessivum, sed solum negativum ex cessante majori lucro singularium annorum, quoniam non est parti læsionem cum damno positivo, quoniam alias in omni contractu, etiam in illo emptionis, & venditionis, qui abique alio tractu successivo in ipso momento perficitur, eadem ratio cadere posset, quia pretio à venditore recepto in alia bona tunc investito, ita singulis annis longè minor fructus percipiatur, & sic pariter dici potest damnum, vel minus lucrum habens tractum successivum, quod dicendum non est.

Extraneos verò dicebam esse terminos *text. in c. suggestum de decimis,* quoniam, ut advertitur in eadem *Galaguritana, & in Hispanica eodem tit. de decimis,* ratio dicti textus non fundatur in eo intrinseco, vel accidentali augmento, vel respectivè decremento, quod provenit ab eventu, qui sicut est nisi parti præjudicialis, ita potuit esse profectus, sed à ratione cessantis causæ concedendi privilegium, ob notabiliter alteratum rerum statum ex supervenientia aliorum bonorum, five excrecentia personarum cum familiaribus, ut in dicta via materia advertitur.

Concernebant hæc merita negotii principalis; Quovèro ad ordinem iudicii reintegrations pro auctore intentati, illud prorsus ineptum erat, quoniam licet ob decretum irritans contentum in *Extravag. Ambrosiæ,* quod insit etiam possessionem, receptum sit, Ecclesiæ competere ad bona malè alienata etiam intellecta possessoria recuperandæ; vel retinendæ ratione civilis possessionis, quam retinere dicitur, quamvis naturalem de facto amiserit ex plenè deductis in *d. dec. 702. Merlini, alias 94. par. 7. rec.* cum aliis, de quibus *sup. disc. 1.* Attamen, ut ibidem advertitur, id rectè procedit quando nullitas sit clara, ad eò certum sit intrare dictum decretum irritans, quod dictam operationem producit, secus autem ubi id est probabiliter dubium, cum tunc in iudicio petitoris de retractatione, seu invaliditate alienationis agendum sit.

Multò verò magis, ubi accedat longissimum temporis intervallum, quod metam an. 30. excedat; Quamvis etenim apud antiquiores sub magna quæstione fuerit, an hoc reintegrandè iudicium sit præscribibile, necnè; Attamen postquam de speciali ordine Pontificis; Rota formiter articulum disputavit, atque de affirmativa tanquam veriorum firmavit, ut per longissimum tempus 30. annor. præscribitur apud Seraph. *dec. 1360.* quæ reputatur in materia magistralis, videtur hodie conclusio recepta, & quam etiam in puncto juris esse veriorè ex professo latè probat Menoc. *cons. 1050.* & sequuntur alii apud Capyc. *Latt. consult. 88. num. 1. & seq.* Atque ad summam favore Ecclesiæ prætendi potest, ut dictus terminus protrahendus esset ad tempus quadragenarium, quo concurrente, etiam contra

contra Ecclesiam dicta præscriptio intrat, ut *dec. 97. par. 1. rec. & dec. 535. nu. 9. & seq. par. 4. tom. 3. & admittitur apud 17 Merl. d. dec. 702. alias dec. 94. p. 7. rec. n. 14. cum seq.* ubi pro evitando obiecto insinuitur super detractio temporis vitæ Prælati alienantis, ut mediante hac subductione non reneaneat dictum tempus centenarium.

ROMANA DEVOLUTIONIS DOMUS PRO MONASTERIO TRIUM FONTIUM GUM MARIA ROCCHETTA.

Causa decisa per Rotam pro Maria, possessæ concordatus.

De beneplacito præsumpto ob longissimi temporis observantiam; an, & quando intret, ubi observantia sit æquivoca, & ad aliam concessionem referri potest; Et aliqua de cessante causa utilitatis.

SUMMARIUM.

- 1 **F**acti series.
- 2 **R**esolutio causæ.
- 3 **A**n in generationibus comprehendatur persona generantis.
- 4 **D**e Constitutione Urb. VIII. circa beneplacitum præsumptum.
- 5 **P**ræsumptio resultans à lapsu temporis tollitur contraria probatione.
- 6 **L**æsio Ecclesiæ dicitur adesse, ubi non adest utilitas.
- 7 **E**xpense litium sciendæ sunt ex fructibus, & non ex districtione sortis.
- 8 **C**ausa vaga non sufficit.
- 9 **S**olum tempus non sufficit pro observantia.
- 10 **P**ossessio est referenda ad titulum validum, & licitum.
- 11 **D**e virtute, & operatione cennariæ, & quando non sit operativa ubi constat de titulo infecto.

D I S C. XV.

DE anno 1509. Commendatarius Abbatæ trium fontium, concessit Polifenzæ ad tertiam generationem controversam domum sub canone scutorum 16. de carolensis, & sub obligatione erogandi in eius restorationem ducatos 100. auri de Camera; Cumque postea idem Commendatarius domum prædictam univèrsè mense Monachorum, illi de anno 1531. de consensu dictæ Polifenzæ ejus jura cedentis, mediante restitutione ducatorum 200. auri pro melioramentis, eam concesserunt Antonio Pontiano, sub annuo canone scutor. 12. auri, & obligatione erogandi in melioramenta alios scutos 100. auri, deinde quæ ad alios menses sub narrativa indigentia pecuniarum pro expensis litium aliiquæ indigentis, stante solutione ducatorum 100. de carolensis, concessionem prædictam pro eodem canone perpetuam fecerunt, ac hereditariam ad quemcumque transmissibilem; Cumque post centum annos, & ultra, obisset ab incestato Alexander de Marchis dicti ex filia pronepos absque legitimo successore, Maria uxor, tanquam legitima hæres, & ex jure dotium, dictæ domus adepta est possessionem, à Monasterio ex capite devolutionis jam præventam, unde orta lite, & commissa causa in Rota coram Priolo, *die 27. Novembris 1662.* ex fundamentum, quod ageretur de concessione hereditaria ad quemcumque transmissibilem, ad favorem Mariæ prodit resolutio, adversus quam concessa novè audientia, ista pendente honesta concordia controversiæ finem dedit.

Causæ punctus consistebat in validitate, vel invaliditate secundæ concessionis perpetuæ, si enim valida erat, ego scribens pro Monasterio, admettebam resolutionis probabilitatem, secus autem è converso, dum corrente secundæ, remanebat prima concessio ad tertiam generationem per obitum dicti Alexandri, quamvis tenenda esset benignior opinio, ut persona acquirentis in generationibus non computetur, cujus tamen contrarium est magis receptum, præsertim in Rota, & Curia, quatenus facti circumstantiæ aliter non suadeant, ut pluries in sua materia *sub tit. de emphyteusis, præsertim disc. 15. cum seq.*

Validum autem Rota reddidit ex fundamentum centenariæ possessionis, ex qua, non obstante moderna Constitutione

Urbani VIII. quæ juxta intellectum illi per Rotam attributum, subsistit illam præsumptionem, quæ inspecta juris communis dispositione resultabat à solo lapsu 50. annorum idem effectus resultat super præsumptionem tam solemnitate, quam causæ, ex deductis *supra disc. 1. & 2. & frequenter.*

Admettebam ego veritatem conclusionis, negabam tamen applicationem, quoniam ista dicitur simplex præsumptio, quæ tollitur per contrariam probationem nedum expressam, sed etiam adminiculatam ex fortioribus præsumptionibus deductam, potissimè verò ubi ex ipsius concessionis inspectione patet de ineptia causæ præterite læsionem, five excludente utilitatem, quoniam si beneplacitum etiam verum, & expressum non supplet causam, multò minus supplere potest fictum, & præsumptum, ut advertitur *dec. 340. nu. 28. dec. 82. nu. 10. & 11. par. 1. rec.* cum aliis supra deductis *disc. 1.*

Claram autem dicebam esse læsionem, quæ in hac materia regulanda non est à qualitate enormitatis juxta terminos *textus in l. 2. Cod. de rebus vendit. sed semper adpelletur dicitur, quoties evidens utilitas abest, Abb. in cap. nulli de reb. Eccles. non alienand. num. 5. Seraph. decif. 508. nu. 12. Rota d. dec. 65. nu. 17. part. 2. diverf. dec. 245. nu. 25. decif. 261. nu. 14. & decif. 284. nu. 1. par. 4. rec.* cum aliis plenè deductis *decif. 275. & 336. par. 10.*

Cum igitur per primam concessionem ad tertiam generationem, jus Ecclesiæ quantum eis post finem trium generationum, quæ poterunt non incipere, vel ad breve tempus terminari, habendi domum ita melioratam cum impensa ducatorum 300. auri, cum qua summa, juxta illo tempore conditionem magna melioratio fieri poterat, ut eventus docuit, domus solita erat locari pro scutis 100. & ultra, utique manifesta ineptia causæ fuit pro sola recompenfatione ducatorum 100. de carolensis tunc importantium ducatos 60. circiter auri, dictum jus remittere, atque pro eodem canone domum in perpetuum alienare, ita inutile reddendo dominium directum.

Et fortius ob aliam ineptiam circa erogationem dictæ summæ acceptæ pro expensis litium, & aliis occurrentibus in genere; Tum quia hujusmodi expensæ faciendæ sunt ex fructibus, neque pro eis licet alienare bona in sorte principali ex iis, quæ cæteris relatis habentur apud Molin. *primog. lib. 1. cap. 27. n. 9. Rolentat. de feudis c. 10. concl. 43. nu. 73. Giurb. decif. 108. nu. 10. & 24. Salgad. in Labyrinth. p. 3. c. 9. n. 19.* cum aliis in *Theatrina renovationis sub tit. de emphyteusis disc. 12.* Tum etiam quia, ut cæteris relatis habetur apud Merliam. *dec. 714.* & pluries infra *hoc eodem titulo*, in proposito contractuum & obligationum mulierum, & minorum, ista causa vaga, & generalis pro indigentis domus, five pro expensis litis, ad speciem non deducit, insufficientis reputatur, multò magis ad subsistentiam bonorum Ecclesiæ alienationem, dum requirit, vel necessitatem præcisam, vel utilitatem evidentem.

Item circa dictam præsumptionem resultantem à longissimo tempore, juxta ea, quæ in materia hujus præsumptionis habentur *supra disc. 1.* non sufficit solum tempus, nisi etiam accedat observantia, quæ non sufficit æquivoca, sed debet esse univoca, ad aliam possidendam causam non referibilis, nisi ad eam, super qua solemnitate, & causæ præsumptio allegatur; Id autem in præsentibus cessabat, quoniam cum casus dedisset, ut domus distracta non esset, neque ad extraneos hæredes unquam transmissa, sed ita continuasset in primi acquirentis descendentiis, comprehensis in tribus generationibus, ad quas prima concessio restricta erat ita observantia remanebat æquivoca, quod scilicet ex prima valida, non autem ex altera invalida concessione possessum fuerit, ex juri propositione, quod ubi constat de duobus possidendi titulis, vel causis, quorum una sit valida, & licita & altera illicita, ad validam, & licitam potius referenda est possessio, ut in his terminis emphyteuticis cæteris relatis habetur *decif. 176. num. 45. & seq. par. 5. rec. & decif. 165. num. 16. & 17. par. 10. & frequenter,* cum sit positio vera, quoties diversæ probationes, vel adminicula non concurrant, quod ex alio titulo, seu causa possessum sit.

Quando ageretur de illa præsumptione, quæ ad limites juris communis ex longissimo tempore decurrit, infra tamen centenarium, vel immemorabile, resultat tunc motivum fuisse reale, ac solidum, unde propterea de iustitia, recessus à resolutis omnino sequi debuisset; Difficultatè autè mihi inferebat centenaria, cujus virtus, & operatio est concedendi facultatem allegandi quemcumque alium titulum de

modo meliorem absque necessitate illum justificandi ex his, quae habentur supra disc. 2. Stant enim bene simul, ut ibi ad vertitur, ut obtineat rem ex titulo invalido, alium titulum meliorem deinde sibi cumulet, quoties ad illum, de quo apparet, tanquam unicum, ac meliorem praecise non se restrinxerit possessor, cum illius pura productione ad tituli justificationem principaliter facta ex infirmis eodem disc. 2. & sub tit. de Regalibus disc. 47. ac alibi; Atque istud motum me impulit ad consulendam concordiam, cum illud non leve inferret difficultatem, quamvis ita in decisione, vel per Scribentes in contrarium non sit deducta, dum dicta secunda concessio, quae ut supra ex hac parte ita infecta dicebatur ex sui facie, quod vitium redoleret, atque praesumptionem solemnitatis, & causae excluderet, facta non erat ex parte dictae mulieris, sed potius ex parte Monasterii, unde propterea dici non poterat adesse restrictionem ad hunc titulum tanquam meliorem, alterius possibilis exclusivum; Ubi etenim haec restrictio concurreret, parvi favendas esse credebam generalitates, cum quibus in prima decisione processum est.

ROMANA DOMUS
PRO ECCLESIA S. THOMAE
LIBRARIORUM
CUM MONASTERIO SUBLACENSI.

Causa pendet in Rota.

De eadem materia beneplicii praesumpti ex lapsu temporis an illi obstat Constitutio Urbani VIII. Et quid ubi agatur de concessione facta laico, cui Constitutio obstat, accedat autem longissima possessio Ecclesiae laico succedentis, cui eadem Constitutio non obstat, an intret praesumptio ad limites juris communis.

Et an dicta Constitutio non obstante, praesumptio solemnitatis, & causae admittenda sit, ubi non resultat a sola longissima observantia, sed ab aliis administrativis, & praesumptionibus.

SUMMARIUM.

1. **F**acti series.
2. **Q**uod in Curia de facti detur restitutio adversus rem iudicatam.
3. **D**esertio appellations ob non prosecutionem indiget sententia declaratoria cum praescriptione termini.
4. **E**t si in termino exhibentur acta, disputatur de iustitia, vel iniustitia.
5. **D**e materia melioramentorum remissio.
6. **D**e Constitutione Urbani VIII. tollente beneplicium praesumptum.
7. **N**on procedit contra Ecclesiam.
8. **Q**uid ubi contractus factus est cum privato, cui Ecclesia succedat.
9. **D**e materia juspatronatus, ut attendatur origo.
10. **D**e purgatione male praesumptionis ob longam possessionem personae non suspectae.
11. **Q**uod dicta Constitutio Urbani sit exorbitans in certis casibus.
12. **O**bservantia ad inducendam praesumptionem solemnitatis debet esse univoca, & continua.
13. **Q**uando dicatur univoca, & referibilis ad titulum, de quo agitur.
14. **U**t etiam observantia distincta, sed per aliquas vias debeat attendi pro moderatione dictae rigorosae Constitutionis.
15. **D**e differentia inter observantiam a parte postea pro tempore decurso, & illam a parte antea pro tempore futuro.

DISC. XVI.

1. **U**sque ab anno 1544. Monasterium Sublacense controversam domum concessit Petro ad ejus vitam, ac alterius ab eo nominandi pro annua responsione futurum 25. auri taxatorum pro annua responsione futurum 30. Postmodum vero de anno 1560. nova facta fuit concessio eidem Petro in perpetuum pro annuo canone (scaturum 30. monetarum; Cumque pluries dicta domus notabiliter meliorata, in extraneos alienata fuisset, five centus super ea impos-

siti essent, Monasterium consensum praebuit, laudemiam recipiendo, eaque ab ultimo possessore Jure legitimo obvenit de anno 1614. ad Ecclesiam S. Thomae Librarium, ita cum beneplicio Apostolico eam locavit seu vendidit ad vitam Fantino Rentio, qui pariter cum eodem beneplicio, pro tempore ejus vitae, soluta quadam summa unica vice, liberationem reportavit a solutione canonis, defuncto Fantino de anno 1645. Ecclesia domum rehavuit, atque canonum rassumptio solutionem usque ad annum 1649. in quo Monasterium praetendens dictae secundae concessioni invaliditatem, a Vicario seu ejus Locumtenente ad dictam domum reintegrari obtinuit, possessione etiam adeptus; Commissa vero causa appellations in Rota coram Bevilacqua, eaque post diuturnum silentium ex parte dictae Ecclesiae reassumpta, cum ex parte Monasterii praetendetur appellacionem esse desertam, ac oblatore rem judicatum ob lapsum fatalium, hinc proinde datum fuit solutio dubium, an constaret de re judicata, vel potius de causis restitutionis in integrum, ejusque disputatio pendet.

In hujus autem dispositionis praeparatione, Scribens ego pro Ecclesia, duos dicebam esse punctos, Unum ordinis, an scilicet dicta appellacionis desertio adesset, necne, Et alterum iustitiae; Ut enim pluries alibi advertitur, materia rei judicatae, vel trium consorium, in Curia Romana quodammodo caeremonialis esse videtur; Ex propositione siquidem, quod sententia iniusta nunquam transit in judicatum resultat quod post ferat aequi lapsum, ex capite originariae, ac etiam dubiae iustitiae de restitutione in integrum, responderi solet, ut praesertim de simili responsione adversus rem judicatam coram Seraphino usque ab anno 1599. cum subsequuta pacifica observantia, patet decisionibus editis in Nolana parochialis 2. Decembris 1669. & 27. Junii 1670. coram V. Comite, & de qua causa habebitur sub tit. de benef. in supplemento, ac etiam habetur pluries in sua materia sub tit. de iudicis.

Quatenus igitur pertinet ad primum punctum ordinis, (nisi aliae accederent ignotae facti circumstantiae, planum esse dicebam, ut res judicata non adesset, quoniam ubi agitur de hujusmodi desertione appellations jam legitime interpositae, sed intra fatalia non prolocuta, requiritur sententia declaratoria ex ea nimium probabilis, & convincenti ratione, quod legitima adesse potuerunt impedimenta excusantia, de quibus appellans monitus docere potest, & quatenus doceat, declaratione indigent, an sint legitima, necne, ut apud Rot. dec. 10. ut lite pendente in novis apud Seraph. dec. 564. n. 9. apud Caval. dec. 317. num. 2. & dec. 333. nu. 5. & 6. dec. 226. nu. 10. par. 10. recent. & frequenter; Et hinc etiam Rovit. super pragm. 1. de appell. nu. 10. ubi testatur, etiam de praxi.

Hinc proinde in Curia stylus inolevit, quando de hujusmodi desertione agitur, ut priusquam ad dictam sententiam procedatur, termini praenotari praecedat, quo pendente, si acta exhibeantur, videndum est de iustitia, vel iniustitia, atque desertio non conitit, ut dec. 339. nu. 8. p. 4. rec. tom. 2. & dec. 82. num. 10. & saepius, idque in praesenti sequutum erat.

Quo vero ad merita, ultra inspectionem melioramentorum, quae facti potius, quam juris erat, & de qua materia agitur sub tit. de detract. ac etiam sub altero de iudicis, an scilicet, & quando melioranti competat retentio, aedat melioramentorum exceptio retardat executionem, vel potius cautioni per auctorem praetendae locus esse debeat.

Quatenus pertinet ad ipsam punctum principale, decisio pendebat ab eadem inspectione, de qua disc. praeced. an scilicet prima concessio ad duas vitas anni 1544. vel secunda perpetua etiam pro extraneis, & successoribus anni 1560. attendi deberet, quo pendebat a validitate, vel invaliditate istius secundae, quae invalida praetendebatur ex defectu beneplicii Apostolici expressis non probatis, & praesumptive non justificabilis, quamvis diuturnam intervallum annorum circiter 90. accederet ob Constitutionem 157. Urbani VIII. dirimentem illam praesumptionem, quae de jure a longissimi temporis observantia resultabat, solamque centenariam praeservantem.

Super hoc autem puncto, ultra ea quae habentur pluries in praecedentibus circa dictae Constitutionis interpretationem super contrariis cum meris privatis personis istius, in quibus non urgeat ea potentiae ratio, cui dicta Constitutio principaliter innixa est; Ubi etiam illa simpliciter, ac indefinitae admittenda esset, adhuc tamen dicebam suffragari receptam limitationem, in praecedentibus pariter saepius

saepius insinuatam ubi agatur cum Ecclesia, in qua dicta mala praesumptio non intret.

Verum super hoc motivo considerabam, difficultatem cadere posse, in praecedentibus quoque insinuatam, ut id procedere videatur, quando agitur de alienatione directae, ac immediate facta in alteram Ecclesiam, quoniam licet non intret ratio conuassationis privilegiorum, atque adhuc locum habeat dispositio Extravag. Ambrosiae, attamen cessat mala praesumptio, quae in privatis ex dicta Constitutione derivat; scilicet autem ubi alienatio facta est in privatam, quo Ecclesia, ex titulo universalis, vel particulari postmodum causam habeat, quoniam iuxta ea, quae habentur sub tit. de iurepar. in similibus, ac proximis terminis male praesumptionis usurpationis, quae in potentibus a Concilio Trid. derivat, spectatur origo non autem persona actualis possessoris; si enim primus erat potens, a quo privatus causam habeat juspatronatus regulatur cum terminis potentium, Et e converso nil refert, an actualis possessor sit potens, ubi causam habuit a privato, ex pluries deductis in sua materia, praesertim disc. 6. & 58.

Adhuc tamen credebam in hac facti specie, recte applicabilem esse limitationem deductam a disc. 6. de iurepatronatus, in illis terminis canonizantem per Rotam dec. 401. nu. 7. cum seq. p. 5. rec. ut secus dicendum sit, quando talis est privatae personae diuturna possessio, quod dicta macula male praesumptionis bene purgari poterit; Quicquid enim sit de hac limitatione in illis terminis; Dicebam eam recte istis adaptari, cum cessent rationes dubitandi ibidem ponderate; Ac etiam, quia nimis exorbitantium cumulus adesse videtur, super dictae Constitutionis interpretatione in alienationibus factis cum privatis, in quibus cum tempore quo eadem Constitutio prodit, iam completa erat, ac inducta praesumptio resultat a longissimi temporis observantia, & quo casu duplex propositio intrare videtur; Una quod lex de sui natura esse futura, non autem praeterea; Et altera, quod super veniens mala fides post legitime completam praescriptionem, istam non interrupt, ut apud Mant. dec. 296. nu. 5. Burat. dec. 739. nu. 3. & 6. passim; Idemque ubi in privatis id recipiendum non esset, sed rigorose insistentium in sola centenaria, (quod tamen asperum videtur,) credebam hujusmodi aperiitatem aliam addendam non esse, fed eam cum aliqua benignitate compendendam, ita dictam limitationem admittendo, ut pro non patientem illas difficultates, quae in dictis alii terminis jurispatronatus cadunt.

Admissa vero dicta limitatione, atque juris communis terminis retentis adhuc duplex rigor videbatur difficultas circa dictam praesumptionem; Primum scilicet, quod ut advertitur disc. praeced. & disc. 10. observantia debet esse univoca, non autem aequivoca ad alium titulum referibilis, ut in praesenti dici potest videbatur, ut scilicet continuata receptio canonis antiquioris tempore facta fuerit in causam primae concessionis ad duas vitas, donec illae duraverint; Et secundum quod solus lapsus temporis non sufficit nisi accedat etiam observantia continua in singulis annis, ideoque non sufficiat, quod una, vel aliquibus vicibus aliqua solutione unitim factae sint pro pluribus annis, ut in specie advertitur dec. 188. nu. 11. & seqq. & dec. 294. in fin. p. 8. rec. & supra disc. 11.

Neutra tamen difficultatem obstatere credebam; Non quidem primam; Tum quia post dictas vitas primae concessionis finitas, adhuc aderat tempus diuturnum quadragenarium excedens; Tum etiam ob diversam summam, quoniam licet primus canon esset in scutis auri, non tamen intrabant ea, quae de augmento favore creditoris cedente habemus, sicut taxa praeterea conventionali ita inalterabilis; Ac etiam quia aetna alteratione pro veritate tempore variis erant immutatae, ideoque verificari non poterat illa uniformitas inalterabilis summae contentae in secunda concessione, ad cuius limites observantia sequuta erat, cum ad hunc effectum etiam conjecturae sufficerent, ut advertitur respondendo in specie huic objecto dec. 268. nu. 26. & seqq. part. 12. rec.

Majorem autem difficultatem inferebat altera dubitatio, quod penes Ecclesiam non adesset observantia continuata dum ejusdem domus conditor ad vitam, suo iure durante, cum unica solutione, ut supra hoc onus redemerat. Verum ex eadem consideratione non cumulando tot exorbitantis, probabile videbatur, ut dicta restrictio admittenda non esset, cum ea vere, & proprie percutiat casum in quo unica solutio pro pluribus annis sequeretur a parte postea, post eas jam decursas quasi quod admitti non

Card. de Luca Lib. VII.

debeat retrotractio, ac etiam quia ita adesse potest aliqua affectatio pro hoc fine asequendo; Sedis autem ubi agatur de unica solutione anticipata pro pluribus annis subsecquentibus, quoniam tunc in singulis annis qui subsecuntur, dominus retinendo in manibus acceptam pecuniam, ita in contractu perseverare dicitur, atque per actum occultum sibi ipsi solvere currentem praestationem, ideoque magna differentia videtur inter casum, in quo unica solutio fiat a parte postea pro annis jam decursis, & alterum in quo fiat anticipata a parte antea pro annis in futurum decurrentibus.

Cumque in hac facti specie, per causae Patronum, plerumque aliae deducerentur circumstantiae, probantes, vel administrantes, quod vere beneplicium Apostolicum intercesserit, vel directe a Papa, vel a Cardinali Penitentiario, qui id tunc in facultatibus habebat (cum tunc moderato ejus facultatum facta per Pium IV. sequuta non esset) hinc proinde advertentem, quod ubi etiam dicta Urbana Constitutio in dicto rigoroso sensu attendi deberet, ut completeretur etiam hujusmodi privatas alienationes, non attento, quod de tempore ejus editis, praesumptio ad limites juris communis jam perfecta, & completa esset, attamen id recipiendum veniret, quando possessoris fundamentum constitueret in sola praesumptione, quae ex dispositione juris a longissima observantia resultat absque alio extrinseco facti adminiculo, secus autem ubi possessor, allegando hoc beneplicium illud probare vellet cum ea praesumptiva, seu administrativa specie probationis, quae de jure in antiquis admittitur, deducendo diuturni temporis observantiam, tanquam unum ex administrativis, cum aliis conjungendam, iuxta administrativae probationis naturam, iure regulam, cum tunc videatur casus a constitutione omisit, idque nil prohibere videatur; Adhuc tamen occasio non dedit id formaliter disputare.

SAVONEN. CAPELLAE
PRO PP. CONVENTUALIBUS
CUM EPISCOPO.

Causa disputata coram Praelato Judice commissario sub incerto exitu, credo pro PP.

De transacione, an, & quando cadat sub dispositione Extravag. Ambrosiae, itaut dicatur prohibita alienatio, necne.

SUMMARIUM.

1. **F**acti series.
2. **Q**uod transactio dicatur alienatio prohibita, & cadat sub dispositione Extravag. Ambrosiae.
3. **D**icuntur DD. exigentes simpliciter solemnitates, non descendendo ad speciem beneplicii Apostolici.
4. **A**liae solemnitates non sufficiunt hodie sine dicto beneplicio.
5. **R**ecensentur plures limitationes consensionis, de qua nu. 2. super licita transacione sine beneplicio.
6. **U**bi queritur de invaliditate transacionis, non attenditur, an transigens habere bonum, vel malum jus, ubi defectus est in solemnitate.
7. **S**olemnitas, & causa copulativae desiderantur, & una sine altera non sufficit.

DISC. XVII.

Ortis controversis, inter Episcopum, & Conventum Minorum Conventualium super retentione cujusdam miraculose imaginis, ejusque capellae, ac oblationum administratione, & pertinentia, deventum est de anni 1631. ad quandam transacionem, cujus dicti Religiosi penitentes, iudicium instituerunt pro annullatione in partibus; Et introducta de anno 1633. causa in Curia coram Praelato Judice commissario a sententia in prima instantia lata favore Conventus per Archiepiscopum Januensem Apostolicum delegatum, (ultra concorrentia ordinem iudicii, ac validitatem dictae sententiae, quae nulla praetendebatur;) Quatenus pertinet ad iustitiam, & merita negotii principalis, punctus erat, an dicta transactio inita inter ecclesiasticos, & super iuribus ecclesiasticis, caderet, necne, sub dispositione Extravag. Ambrosiae de reb. Eccl. non alien. itaut ad eorum validitatem copulativus concursus beneplicii Apostolici, causae necessarius esset, eo modo, quo in vera, & propria alienatione bonorum Ecclesiae requiritur.